ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ
ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ
ΥΜΝΟΙ

CALLIMACHI
CYRENAEI
HYMNI

CVM LATINA INTERPRETATIONE

A VIRO CL. ANT. MAR. SALVINIO

Etruscis Versibus, Nunc Primum Editis, Redditi.

ACCEDIT POEMATION

DE COMA BERENICIS

AB EODEM GRAECE SVPPLETVM

ET A CATVLLO VERSVM.

RECENSVIT

Variantes Lectiones, Selectas Adnotationes, & Metricas Aliquot Latinas Versiones

ANGELI POLITIANI, HENRICI STEPHANI, FLORIDI SABINI, BONAVENTVRAE VVLCANI, NICODEMI FRISCHLINI

Necnon eiusdem CALLIMACHI Graeca Epigrammata

ADIECIT

ANG. MAR. BANDINIVS I. V. D.

MEDICEAE BIBLIOTH. REGIVS PRAEFECTVS.

FLORENTIAE TYPIS MOVCKIANIS.

A. CIƆ. IƆ. CC. LXIII.

A SVA ECCELLENZA

IL SIG. ANTONIO MARIA SALVIATI

DVCA DI GIVLIANO

PRINCIPE DI ROCCA MASSIMA,
BARONE DI COLLEFERRO,
CONTE DI TVRBINO,
MARCHESE DI MONTIERI, E BOCCHEGGIANO
E CIAMBERLANO DELLE LORO MM. II. ec.

SE dalle ſingolari prerogative, che ſovra di ogni altro l' E. V. diſtinguono, prendeſſi io ſolamente motivo di fregiare col Voſtro ragguardevole Nome gl' Inni di CALLIMACO, che ora nobilmen-

mente rivestiti alla Letteraria Repubblica si presentano, farei sicuro di avere loro prescelto un autorevole Protettore, e sommamente benefico.

Imperciocchè per non istare a favellare della nobilissima Vostra Prosapia, colle principali Famiglie Sovrane dell' Europa congiunta, e dalla quale COSIMO I. Gran-Duca di Toscana trasse i suoi felici natali, feconda mai sempre di Uomini insigni nella Repubblica sacra, e civile, coltivatori, e promotori della Greca, Latina, e Toscana Letteratura; noti sono ad ognuno que' Vostri gentili costumi e piacevoli, alieni affatto dalle vanità di coloro, che trovano pascolo fra le ombre, ed il fumo; quella filosofica, e giusta maniera di pensare, colla quale niente curate quello che altri con tanta sollecitudine, e perdimento di tempo, e della propria tranquillità ambiziosamente desiderano; quella ammirabile costanza, ed egualità negli avversi, e ne' prosperi avvenimenti; quella impareggiabil prudenza negli affari più gravi ed importanti della Vostra ben regolata Fami-

miglia ; quel merito in ſomma , che dall' eſercizio della vera virtù , e de' doveri anneſſi al proprio ſtato unicamente deriva. Aggiungaſi quel Voſtro raro perſpicaciſſimo ingegno , formato colla pratica del Mondo , delle Corti , e de' Valentuomini , co' quali vi ſiete fatto ſempre un particolar piacere di trattare ne' Voſtri eruditi viaggi ; quel pronto parlare , e ſoave , con cui i ſignorili Voſtri penſieri manifeſtate , in guiſa tale , che ognuno con piacere , e maraviglia vi aſcolta .

Ma l' aver io fino da' miei più teneri anni dedicata all' E. V. l' oſſequioſiſſima mia ſervitù , che non è ſtata , e non ſarà mai , nè per lunghezza di tempo , nè per diſtanza di luogo , nè per malvagità di fortuna diminuita , o interrotta , è uno de' più forti motivi , che mi muove a preſentarvi queſto letterario tributo , che ſpero riceverete di buona voglia , e perchè ſi parte dalla mia perſona , che con tanta benignità riguardate , e perchè queſto inſigne Poeta per la ſublimità del ſuo ingegno , e per la venuſtà de' ſuoi verſi ſi meritò la bene-

vo-

volenza del gran TOLOMEO FILADELFO Re di Egitto, dal quale costituito fu Prefetto della celebre Libreria di Alessandria.

E poichè delle molte opere da esso tramandate alla memoria de' posteri, e che sono restate assorbite nella confusione di tanti secoli, null' altro abbiamo, che alcuni Inni, e pochi Epigrammi, ò creduto di far cosa grata non tanto all' E. V. che si è sempre dilettata della nobile poesia, quanto alli studiosi tutti delle buone lettere, di procurarne una nuova corretta edizione, aggiungendoci la traduzione in versi Toscani, fatta dallo immortale Antonio Maria Salvini, che ora per la prima volta comparisce alla pubblica luce.

Pregandovi intanto dal Cielo, ed a tutta l' Eccellentissima Vostra Casa la pienezza delle celesti benedizioni, col più profondo rispetto ò l' onore di soscrivermi

Di Vostra Eccellenza.

Dal mio Studio 26. Aprile 1763.

Vmilissimo Servitore
Angelo Maria Bandini.

AL DISCRETO LETTORE

ANGELO MARIA BANDINI.

DEsiderando di risvegliare il più che sia possibile negli animi dell' Italica Gioventù lo studio della Greca letteratura, ti presento, o benigno Lettore, in quest' anno il Callimaco, promettendoti di darti in appresso sull' istessa foggia una bella serie di Classici Greci, e tra essi Nicandro, Quinto Smirneo, Dionisio Periegete, i Dionisiaci di Nonno Panopolita, gli Apotelesmi di Manetone, corredati oltre alle latine, delle ottime inedite traduzioni fatte già da Antonio Maria Salvini, Professore insigne di Lettere Greche nell' Università Fiorentina, la di cui scuola, non altrimente, che quella de' Poliziani, e de' Vettori, à fatto a' nostri tempi tanto onore all' Italia. Aveva quel grand' uomo ridotti in versi Toscani con incredibile felicità gli antichi Poeti Greci, alcuni de' quali furono mentre ei viveva, altri dopo la di lui morte pubblicati, alcuni si sono perduti, altri ci restano ancora. Essendo queste traduzioni unitamente colli scritti di molti valentuomini passate nella pubblica Libreria Marucelli, mi sono accorto nell' ordinarle, che essendo queste scritte in cartucce, confusamente, e con inchiostro corrosivo, si vanno insensibilmente perdendo; come in fatti è seguito tra l' altre, di una parte dell' Antologia, e del difficilissimo Poema di Nonno sull' Evangelio di S. Giovanni, ò creduto di arrecare un singolar beneficio alli studiosi delle lettere Greche, e Toscane, col salvare dalle ingiurie del tempo quelle almeno, che mi è riuscito con non piccola fatica di render compite.

E co-

E cominciando dal Callimaco, ti prometto la di lui vita, tratta dalla Biblioteca Greca di Gio. Alberto Fabricio Tom. II. pag. 472. indi le testimonianze degli antichi autori, ed in fine di ciascheduno Inno quelle annotazioni, che per maggiore intelligenza del testo, ò creduto necessarie. Segue dipoi il Poemetto Greco sulla Chioma di Berenice, che essendo perduto, l' istesso Salvini à supplito (1), *prevalendosi della traduzione che ne abbiamo, fatta in Latino ad istanza di Ortalo da Catullo. Ma perchè si vegga la diversa maniera tenuta nel supplire questo bel pezzo di Poesia da due de' più grandi uomini, che abbia fino a' dì nostri prodotto la Greca Letteratura, ti soggiungo quella versione, che avanti il Salvini tentò similmente Giuseppe Scaligero, inserita nel Catullo stampato dal Maittaire in Londra nel MDCCXV. in 8. per Iacopo Tonson, e Giovanni Watts. Il testo Toscano di questo poemetto è quell' istesso che si legge nel Tomo XXI. della raccolta de' Poeti Latini colla versione nell' Italiana favella, impressa in Milano nel MDCCXXXI. in 4.*

E poichè gl' Inni di Callimaco anno meritato di essere tradotti, o tutti, o in parte in versi Latini da diversi valenti uomini, quindi ne riporto di ciascheduna traduzione un saggio, soggiungendo in fine i di lui Epigrammi, tali quali si leggono nella bellissima edizione procurata da Gio. Giorgio Grevio a Vtrecht per Francesco Halma, e Guglielmo Vande Water nel MDCXCVI. Tomi II. in 8. della quale mi sono servito per testo. Le varianti in piè di pagina sono tratte dalla prima edizione, che degl' Inni di Callimaco fu fatta in Firenze in caratteri unciali per opera del celebre Giano Lascari. Vivi felice.

(1) Si conservano ancora, benchè in confuso, le di lui traduzioni in versi Greci delle opere di Catullo, Tibullo, e Properzio, che pare meriterebbero la pubblica luce.

CALLIMACHI

AETAS GENVS ET DISCIPVLI.

Scriptorum editorum perditorumque Catalogus cum variis observationibus. Scholiastae deperditi. De Scholiis Graecis quae exstant, & scriptorum, qui in illis allegantur elenchus. Editiones Callimachi (1).

I.

CALLIMACHVS Batti & Mesatmae F. Callimachi strategi (2) nepos Cyrenaeus (3) Libys, Grammaticus doctissimus & Poeta insignis, qui se ipse in epitaphio Parentis sui ait cecinisse κρείσσονα βασκανίης, *dulcius invidia*: discipulus fuit

A Her-

(1) Ex Io. Alb. Fabrici Biblioth. Graec. T. II. p. 479.

(2) Callimachus Epigrammate XXII. quod est Batti parentis Epitaphium:

> Ὅστις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, Καλλιμάχου με
> Ἴσθι Κυρηναίου παῖδά τε καὶ γενέτην.
> Εἰδείης δ' ἄμφω κεν. ὁ μέν ποτε πατρίδος ὅπλων
> Ἦρξεν, ὁ δ' ἤεισεν κρείσσονα βασκανίης.

(3) Strabo in Lybiae descriptione lib XVII. p. 837 Λέγεται δὲ ἡ Κυρήνη κτίσμα Βάττου (confer Schol. ad Hymn. II. 65.) πρόγονον δὲ τοῦτον ἑαυτοῦ φάσκει ὁ Καλλίμαχος ...... Ἔστι δὲ Κυρήνη Θηραίων κτίσμα. Λακωνικῆς νήσου, ἣν καὶ Καλλίστην ὠνόμαζον ὥς φησι καὶ Καλλίμαχος. Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη, Μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης. Cyrenensem vocat & Gellius XVII. 21. quia vero Alexandriae Aegypti urbe diutissime est versatus, hinc ab Antigono Carystio c. 51. Hist. mirab. appellatur Καλλίμαχος ὁ ἐκ τῆς Αἰγύπτου.

Hermocratis Grammatici Iasii. Litteras primum docuit in vico Alexandriae Eleusine, postea a Ptolemaeo Philadelpho accitus in Museum (1), quod Philosophis ac viris eruditis munificentia regia Alexandriae dicaverat, in honore habitus (2) tum ab ipso Philadelpho, tum a successore eius Evergeta, cuius tempora attigisse eum Scholiastes ad Hymn. II. 26. & Suidas testantur. Regnare autem coepit Evergetes non Ol. CXXVII. 2. ut apud eumdem Suidam legitur, sed ut accuratiores Chronologi tradunt Ol. CXXXIII $\frac{1}{2}$ ante Christum A.CCXLVII. Sunt, qui etiam praefectum Bibliothecae Regiae fuisse Callimachum affirmant, ut Raph. Volaterranus lib. XIV. Commentar. urbanorum & Morhofius *ὁ μακαρίτης* lib. I. Polyhist. p. 43. Sed Suidas & alii veteres hoc non memorant; itaque in serie praefectorum Bibliothecae Alexandrinae omissus Callimachus est a Ionsio lib. I. Hist. Philosophicae c. 18. Imaginem illius in aes incisam exhibet Clariss. Gronovius T. X. Antiq. Graec. post p. 792. ex Io. Orlando. Lyden delicias suas versu celebrasse notat Ovidius II. Trist. v. 368. Discipulos eius laudari videas Eratosthenem, & Philostephanum Cy-

(1) De hoc Museo scripserat ipse Callimachus, ut infra dicam in Catalogo eius Operum.

(2) Strabo ibid. p. 838. *Κυρηναῖος δ' ἐστὶ καὶ Καλλίμαχος καὶ Ἐρατοσθένης, ἀμφότεροι τετιμημένοι παρὰ τοῖς τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν.*

Cyrenaeos, Aristophanem Byzantium Grammaticum, & Apollonium Rhodium e discipulo inimicum, quem carmine, cui titulum fecit *Ibin*, diris devovit. *Istrum* quoque Καλλιμάχειον laudat Athenaeus lib. IX. & alibi, tum Hermippum Καλλιμάχειον lib. V. p. 213. De Istri Ἀττικοῖς & ἀτάκτοις, sive Miscellaneis vide Menag. ad Laert. II. 59. Familiaris sui *Heracliti* Halicarnassei mortem luget Callimachus apud Laertium IX. 17. Vxorem habuit filiam Euphratae Syracusii (1), sororem Megatimam, quae nupta Stasenoro peperit Callimachum iuniorem itidem Cyrenaeum, auctorem operis pridem deperditi *de insulis*, quod versibus heroicis composuerat.

II. Philologiae pariter omnis peritus, & Poeta doctissimus scripta composuit, Suidae si credimus, plura octingentis, licet apud Gyraldum legitur octoginta, apud Io. Lomeierum p. 373. c. 13. de Bibliothecis 800000. Aliquorum Catalogum texuit idem Suidas, pleniorem Gerhardus Vossius lib. I. c. 15. de Histor. Graecis, Io. Meursius in notis ad Helladium p. 957. seq. & in Bibl. Graeca p. 1283. seq. Thomas Stanleius in apparatu ineditarum notarum ad Callimachum, & Richardus Bentleius in fragmentis Callimachi, diligentissime a se collectis, & erudite recensitis, qui

 Stan-

(1) Suid. in Καλλίμαχος.

Stanleii apparatum MS. utendum acceperat ab Eduardo Sherburno (1). Scripſerat tum proſa, tum carmine Callimachus, ſed pleraque non adeo prolixa opuſcula, quia dicere ſolitus eſt *μέγα βιβλίον ἴσον εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ*, *magnus liber*, *magnum malum*, ut narrat Athenaeus initio lib. III. Confer quae de eius *βραχυσυλλαβίης* ſtudio, ut vocat Epigr. IX. notata illuſtri Spanhemio ſunt p. 118. ad Callimachum. Iam ecce tibi Catalogum Callimachi operum, quae a viris doctis obſervata ſunt, cum nonnullis noſtris ſupplementis, atque obſervationibus.

Περὶ ἀγώνων, *de Ludis*. Suid. in Καλλίμ. Harpocratio in ἄκτια. Et forte ex hoc poemate ſunt petiti verſus, quos refert Plutarchus v. 3. ſympoſ.

Carmen de Acontio, vide infra Κυδίππη.

Αἴτια, *de cauſis* variarum fabularum, rituum & antiquitatum, poema lib. IV. conſtans, quod il-

(1) Pluribus verbis plagium Cl. Bentleio hoc nomine impingit auctor libri *a short account of Dr. Bentleys humanity and iuſtice* Lond. 1699. 8. p. 29. ſeq. Acerbiſſime etiam plagii in Meurſium commiſſi Bentleium arguit Iac. Gronovius praef. ad Tom. X. theſauri Antiquitatum Graecarum. Sine cur nullam virorum doctiſſimorum, qui ante illum in hac arena verſati ſunt, mentionem nominetenus fecerit, ipſe optime dixerit. Tangere tamen eos videtur ad fragmentum CCCV. his verbis: *Unde quidam inter opera Callimachi Daedalum recenſuerunt, ſed perperam*. Neque vero mihi videtur alios expilaſſe, qui ipſe habebat meliora domi.

illuſtraverat *Epaphroditus* teſte Schol. Aeſchyli, ac Steph. Byz. Grammaticorum ingenia exercuiſſe obſervat Clemens Alexandrinus v. Strom. p. 271. licet hoc mirum videtur Wovverano c. 11. Polymathiae, ſane in illud commentatus fuerat praeter Epaphroditum Theon, ut notat Etymol. M. in ἀστυρόν. Metaphraſin compoſuerat Marianus teſte Suida in Μαρ. Fragmenta his ex Aetiis collecta videre licet in editione Callimachi Graeviana p. 305. 312. Meminit & Io. Malalas T. 1. Chronici lib. VII. p. 221. ſed male ſcriptum ibi ἐτησίοις, & in Chron. Alex. ſive Paſchali p. 111. αἰτησίοις, pro αἰτίοις, ut bene notavit Malalae interpres Edmundus Chilmeadus. Similis error latere viris doctis viſus eſt apud Fulgentium de ſermone antiquo: *Ientaculum dicitur guſtatio. Callimachus in teſia: ientaculum proferre Iovi*. Non defuit, qui ſuſpicaretur, Fulgentium hoc repetiſſe ex aliquo, qui Callimachi Aetia latino carmine vertiſſet. Sed Iacobus Gronovius in Exercitationibus de Dodone p. 33. ſeq. hariolatus eſt ſub Callimacho apud Fulgentium latere Gallicanum aliquem Nonio citatum, vel quod aegre mihi perſuadeo, Caſſium in Annalibus. Poſſis & legere Callimorphum, qui paucis interiectis ab eodem Fulgentio laudatur. Sed Callimachi Aetia a Fulgentio laudari crediderunt viri docti,

quia

quia plures alios Graecos scriptores, latinis laudat verbis (1). Scripserat olim Αἴτια, Callimachi exemplo, etiam Dionysius Corinthius poeta, Plutarcho in Erotico, & Suida in Διονυσ. teste, tum Butas, Arnobio lib. v. p. 168. laudatus: *sicut suis scribit in causalibus Butas*, & Plutarcho in Romulo p. 31. Βύτας δέ τις αἰτίας μυθώδεις ἐν ἐλεγείοις περὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀναγράφων. Denique *Plutarchus* ipse, cuius αἴτια Ῥωμαϊκὰ & Ἑλληνικὰ etiamnum exstant, αἴτια γυναικῶν & αἴτια βαρβαρικὰ Lampriae memorata perierunt, & e latinis Varro, ad quem frequentissime provocant Plutarchus, Servius, & alii. De Callimachi Aetiis, praeter Ianum Parrhasium T. I. Lampadis Gruterianae p. 873. egerat Politianus in Centuria secunda Miscellaneorum, ut testatur Petrus Crinitus in Epist. ad Alexandrum Sartium, quae legitur inter Politianeas XII. 20. Sed illa secunda Centuria lucem numquam vidit. Forte ex Callimachi Aetiis habuit Fulgentius, quae profert III. 10. Mythol. *in aruspicinis aliud est fibrarum particularumque inspectio, aliud secundum Battiadem eventuum immutatio*.

Περὶ ἀνέμων, *De ventis*. Achilles Tat. Isagoge

(1) Idem Gronovius T. VII. Antiq. Graec. p. 295. legit *Callimachus: in testa ientaculum proferre Iovi*. Et putat esse verba Varronis e scripto cui titulum fecerat, Callimachus.

goge in Aratum c. 33. & Suid. in Καλλίμαχος.

Ἄργους οἰκισμοί, *De Argi incolis*. Suid.

Ἀρκαδία, *Arcadia*. Suid.

Βάκχος. Vide mox Βράγχος.

De Coma Berenices, coniugis Ptolemaei Evergetae, astris adscripta a Conone Samio Mathematico, carmen elegiacum, exstat e latina metaphrasi Catulli num. LXVII. p. 253. seq. edit. Is. Vossii, cuius & Mureti, Scaligerique notis iungenda fragmenta Callimachi, a Bentleio collecta p. 235. seq. & notae Annae Fabri p. 266. seq. tum Politianus c. 68. Misc. Meminit & Geminus c. 2. Astron. καὶ ὁ ὕστερον κατηστερισμένος ὑπὸ Καλλιμάχου Βερενίκης πλόκαμος.

Βράγχος. Hephaestio Enchirid. p. 30. καὶ τῷ πενταμέτρῳ δὲ Καλλίμαχος ὅλον ποίημα τὸν Βράγχον συνέθηκε.

Δαίμονες εὐυμνότατοι (1) Φοῖβέ τε καὶ Ζεῦ, Διδύμων γενάρχαι.

Quae postrema vers[u] Callimacho laudato affert etiam Etymol. M. in Διδυμαῖος. Vtut vero Βάκχον non Βράγχον habent Hephaestionis editiones, Βράγχον tamen e tribus codicibus MSS. & Terentiani Mauri auctoritate recte reposuit Clariss. Bentle-

(1) In editione Clariss. Bentleii bis male excusum ἐνυμνότατοι contra leges choriambi. Sed hoc Typographi vitium est haud dubie.

leius. Lutatius ad III. Thebaid. p. 104. *Branchi meminit Terentianus de metris:*

> *Hymnum Branchiadae Phoebo cantasse Iovique*
> *Pastorem Branchum*, &c.

Pro *Branchiadae* nova editio e vulgatis Terentiani codicibus, dubito an bene, legit *Battiadem*.

Γαλάτεια, *Galatea*, carmine hexametro. Athen. lib. VIII. p. 284. & Eustath. ad Iliad. π. p. 1088.

Γλαῦκος, *Glaucus*. Suid.

Δαίδαλος. Steph. Byz. in ἄδηψος. Sed locus est corruptus, & falluntur, qui Comoediae, vel Tragoediae hoc nomen esse existimant. Confer Bentleii fragmentum CCCV. Verisimillimum autem mihi videtur, locum illum ita esse legendum: Καλλίμαχος. Δαιδάλῳ εὐβοΐη ἐλέγχαινε μὲν ἔργα σιδήρου.

Ἐθνικαὶ ὀνομασίαι, *De nominibus genti alicui peculiaribus*. Athen. lib. VII. p. 329. & ex eo Eustath. ad Odyss. ψ. p. 799. Huius operis partes fuisse videntur, quae memorantur Suidae περὶ μετονομασίας ἰχθύων, & μηνῶν προσηγορίαι κατὰ ἔθνος καὶ πόλεις.

Ἑκάλη, *Hecale*, Poema heroicum de anu paupercula huius nominis, quae Theseum hospitio excepit. Confer illustris Spanhemii notas ad hymnum in Apollinem v. 106. ad quem locum Grae-

cus

cus Scholiastes: Ἐγκαλεῖ διὰ τούτων τοὺς σκώπτοντας αὐτὸν μὴ δύνασθαι ποιῆσαι μέγα ποίημα, ὅθεν ἠναγκάσθη ποιῆσαι τὴν Ἑκάλην. Dan. Heinsius ad Horatium p. 18. *Callimachus, ut notum est ex Hymnis, male audiebat apud aemulos, quod sola Epigrammata, Elegias & Hymnos, nullum autem Carmen scriberet perpetuum. Quorum iudiciis commotus, Hecalen, ut notant interpretes, composuit, quod perfectum carmen fuit, licet non integram Thesei complecteretur historiam.* Vide & Politianum c. 24. Misc. Meursii Theseum c. 10. Natalem Comitem III. 4. Mythologiae, Suidam in καλιὰς & κωμῆται. Fragmenta a doctissimo Bentleio collecta num. XL. LXVI. & CX. Hecalen Callimachi Marianus, qui sub Imp. Anastasio vixit, explicaverat metaphrasi Iambica, ut Suidas testatur in Μαριανός.

Ἐλεγεῖα, in quo genere poematis principem habitum esse Callimachum testatur Quintilianus X. 1. unde Elegi Ovidio dicuntur *Callimachi numeri*, & alibi *molle Callimachi iter*. Vide & Diomedem lib. III. p. 382. Fragmenta a Bentleio collecta p. 322. seq. tum num. CXCII.

Ἐλπίδες, *Spes*. Suid.

1. ἘΠΙΓΡΆΜΜΑΤΑ, *Epigrammata*, quorum enarrationem olim scripserat *Archibius* Grammati-

cus

cus, Apollonii Dyſcoli F. teſte Suida. Hodie in editionibus Callimachi noviſſimis exſtant Epigrammata LXII. His adde, quod ex Anthologiae VI. 15. Callimacho auctoritate codicis Palatini vindicat Clariſs. Graevius Praef. ad Callimachum. Etiam hoc vidi Callimacho tributum a Ioachimo Camerario Orat. de bello Turcico, quod ad Callinum referunt codices Stobaei teſte Geſnero; H. Stephanus tribuit Tyrtaeo:

Cὐ γάρ πως θάνατόν γε φυγεῖν εἱμαρμένον ἐςὶν
Ἄνδρ᾽ ὐδ᾽ εἰ προγόνων ᾖ γένος ἀθανάτων.
Πολλάκι δηϊότητα φυγὼν καὶ οἶδπον ἀκόντων
Ἔρχεται, ἐν δ᾽ οἴκῳ μοῖρα κίχεν θανάτου &c.

Vide & fragmenta a Bentleio collecta num. LXX. LXXIV. & CXLII. tum Natalem Comitem VII. 15. Mythol. & quae viri docti ad Martialem IV. 13. Attilius Fortunatianus de Priapeio metro: *Nam proprio commate Callimachus in Epigrammatibus uſus eſt, & Bacchylides in carminibus, & alii.* Laudat Callimachum Epigrammatum nomine Plinius IV. Epiſt. 3. Martialis IV. 23. Athenaeus XV. p. *669. τῦτο γὰρ ἐν παισὶ τὰ Καλλιμάχου γινώσκων Ἐπιγράμματα* &c. Inter Epigrammata vetera Latina a P. Pithoeo edita non longe ab initio lib. primi occurrit hoc Callimachi, imagini inſcriptum Iovis.

Quae-

Quaenam haec forma? Dei. Cur versa est? Fulgura lucis
Divinae non fert debilis haec acies.
Quid vero exsistit tamquam uno e corpore corpus?
Hic amor est. Si amor est, cur videt? At Iovis est.
Cur ita complicitis alis? numquam evolat. At cur
In se convertit tela? Sui ille amor est.
Cur ferro sine tela gerit? Quia vulneris expers
Ille est; at vester vulnerat & cruciat.

Ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν εἰς Σωσίβιον, *Carmen Elegiacum ob partam victoriam, ad Sosibium* (1), Athen. lib. IV. p. 144. Θεόφραστος ἐν τῷ πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας, εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα. Πολλοὶ γὰρ αὐτό φασιν εἶναι Σωσιβίου, εἰς ὃν Καλλίμαχος ὁ ποιητὴς ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν ἐποίησεν.

Ἐπῶν, *Carminis Heroici lib.* I. allegatur in Stobaei serm. CXIV. de laude senectutis edit. Gesneri, sed nihil tale in Grotii edit. p. 476. & res ipsa docet, non esse ἔπη, quae ibi adducuntur, sed ἐλεγεῖον.

Ἐτήσια, *Anniversaria*. Vide supra Αἴτια.

Θαυμάσια, sive Θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν

(1) Intellige Sosibium, qui in aula Ptolemaeorum summae rei praefuit, de quo Polybius lib. XV. Fuit & Sosibius quidam Tragicus, de quo dixi lib. II. c. 19. tum Sosibius Laco, Grammaticus ἐπιλυτικὸς, sive solvendis quaestionibus celebris, quem Θαυμάσιον vocat Athenaeus lib. XI. & memorat Suidas. De Sosibio Tarentino vide Humfredi Hody librum de Aristea p. 101.

γῆν καὶ τόπους ὄντων συναγωγὴ, *Mirabilia, sive miraculorum per totum orbem collectanea*. Suid. Confer Meursium ad Apollonii Histor. Mirabil. c. 144. Phlegontis Mirabil. c. 4. & fragmenta a Bentleio collecta num. LXXV. Ionsium II. 12. de scriptoribus Hist. Philosoph. ubi & alios θαυμασίων scriptores collegit. Partem huius operis fuisse credibile est, quod Suidae itidem inter scripta Callimachi memoratur περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμασίων καὶ παραδόξων, *de rebus in Peloponneso & Italia mirabilibus*.

Ἴαμβοι & χωλίαμβοι, *Iambi & Choliambi*. Vide fragmenta a Bentleio collecta num. LXXVI. C. & CCXIX. tum ad LXXXV. confer Salmasium p. 494. de usuris, & ad LXXXVI. Samuelem Petitum Misc. Obs. lib. 1. c. 2. p. 9. seq. XCIV. est, quod unde petiisset Scaliger ad Manilium, non comperisse se fatetur Menagius ad Laertium lib. 1. sect. 23. Addendus & hic locus Strabonis IX. p. 437. Καλλίμαχος μὲν οὖν φησιν ἐν Ἰάμβοις. Τὰς Ἀφροδίτας, ἡ Θεὸς γὰρ οὐ μία, Τὴν Κασινήτην ὑπερβάλλεσθαι πάσας τῷ φρονεῖν. ὅτι μόνη παραδέχεται τὴν τῶν ὑῶν θυσίαν.

Ἶβις, sive invectiva & dirae in Apollonium Rhodium discipulum ingratum. Suidas in Καλλίμαχος. Coelius Rhodiginus XIII. 1. *Caecilius Minu-*

nutianus Apuleius ait Corvinum (alii suspicantur Hyginum) *ab Ovidio Ibin appellatum fuisse*, *ex avis* (1) *foeditate*, *cui ventrem rostro purgare insitum sit*, *&* *hoc ex Callimachi imitatione*. Hausit haec Rhodiginus ex veteri in Ibin Ovidii scholiaste, quem Salvagnius Boessius non vidit. Confer fragmenta Callimachi a Bentleio collecta p. 345. seq. Non adeo prolixum (2) fuisse Battiadae Ibin docet Ovidius v. 449. Poema difficile, & quod Grammaticis crucem figeret, testatur Clemens Alex. v. Strom. p. 571.

Ἱστορικὰ ὑπομνήματα, *Commentarii Historici*. Harpocrat. in ἄκη, Schol. Apollonii I. 116. Eustath. ad Odyss. μ. & Athenaeus III. p. 95. qui innuit hoc opus ab aliis tributum fuisse Zenodoto.

Ἰοῦς ἄφιξις, *Ius adventus*. Suid.

Περὶ μετονομασίας ἰχθύων, *de mutatis piscium nominibus*. Suid. vide supra in ἐθνικαὶ ὀνομασίαι.

Κτίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασίαι, *Origines insularum & urbium, & nomina mutata*. Suid. Videntur ex hoc opere petita, quae Calli-

(1) Imaginem huius avis habes in Museo Romano Angeli Caussaei viri praestantissimi.

(2) Proliziorem fuisse in describendis, quae sibi versu exponere proposuisset & luxuriosiorem, perinde ut Parthenium & Euphorionem, notat Lucianus de scribenda historia T. 1. p. 637.

limachum laudans notat Plinius III. 21. & 26. Hist. & Lutatius ad IV. Thebaidos v. 46.

Κυδίππη, *Carmen de Acontio & Cydippe*, cuius meminit Ovidius de remediis amoris v. 380. 381. expressisse videtur in Epist. Heroidum 20. seq. Confer Aristaenetum lib. I. Epist. 10. quem pleraque grandiora ex hoc Callimachi poemate transtulisse observat in notis doctissimus Iosias Mercerus. Consulenda etiam fragmenta a Bentleio collecta num. CI. CII.

Κωμῳδίαι, *Comoediae*. Suidas.

Μέλη, *Carmina Lyrica*. Suidas.

Μηνῶν προσηγορίαι κατὰ ἔθνος καὶ πόλεις, *Mensium nomina apud singulas gentes & urbes*. Suid. Forte haec pars fuit operis Callimachei, cui titulus erat ἐθνικαὶ ὀνομασίαι.

Μουσεῖον, *Museum*, sive de Museo, quod Alexandriae hominibus eruditis alendis primum instituerat munificentia Regis Ptolemaei Philadelphi. Suid. De Museo illo Alexandrino agunt viri doctissimi Io. Frid. Gronovius, & Lud. Neocorus, quorum diatribae T. VIII. Thesauri Antiquitatum Graecarum sunt insertae, Ionsius III. 2. ubi, & alios de Museo scriptores deperditos commemorat, Tillemontius in Historia Imperatorum Gallice edita T. II. p. 431. seq. Guil. Caveus Part. II. Hist. litte-

litterariae scriptorum Ecclesiasticorum in Athenagora, & Rev. D. Adam Rechenbergius in exercitatione de hoc Museo edita Lipsiae A. MDCXCVIII.

Νόμιμα βαρβαρικὰ, *Instituta Barbarica*. Suid. in φασηλιτῶν θῦμα. Addendus itaque Callimachus aliis νομίμων scriptoribus, de quibus agit Io. Wowveranus c. 9. Polymathiae.

Περὶ Νυμφῶν σύγγραμμα, *Liber de Nymphis*. Stob. Eclog. Phys.

In Homerum scripta Callimachi *commentaria*, e duobus Strabonis locis, suspicatur vir doctissimus Io. Meursius. De Homeri aetate quidem egit Callimachus teste Tatiano, & de Margite Homeri teste Harpocratione in Μαργίτης. Sed utrumque hoc non dubito nos fuisse lecturos in eius πίναξι παντοδαπῶν συγγραμμάτων, si illud Callimachi opus ad nos pervenisset.

Περὶ ὄρνεων, *de Avibus*. Athen. Aelian. & alii. Vide fragmenta a Bentleio collecta p. 349. 350.

Πίναξ (1) παντοδαπῶν συγγραμμάτων, sive πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων, καὶ ὧν συνέγραψαν, ἐν βιβλίοις ρκ'. *Index*, sive *Elenchus scriptorum omnis generis*, *libris* CXX. Suid. In hoc

(1) Alii fuere πίνακες, de quibus, Polemonem, Hypsicratem, & Antigonum laudat Laertius VII. 188. Pictorum nimirum veterum tabulae singularibus scriptis collectae ac recensitae.

hoc praestantissimo opere, & quod intercidisse imprimis dolendum est, Callimachus, praeter nomen, aetatem, patriam, genus & vitam uniuscuiusque scriptoris, scripta, scriptorum titulum, argumentum, & initium, numerumque versuum (1) retulit, & dubia ac supposititia a genuinis auctorum foetibus distinxit. Confer, quae de hoc opere notavit Ionsius lib. II. c. 5. Videtur autem digestum fuisse ita, ut unius argumenti scriptores coniungerentur, & una serie legerentur. Sic Tragicos, & Comicos iunctim recensuerat Callimachus in *πίνακι καὶ ἀναγραφῇ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων*, *in indice, sive descriptione eorum, qui Tragoedias & Comoedias docuerunt ab initiis* usque reperti, utriusque dramatum generis, *secundum seriem temporum*. Hoc enim scriptum eidem Suidae memoratum, non dubito partem fuisse maioris illius in CXX. lib. distributi. Confer si iuvat, quae de aliis *didascaliarum* scriptoribus notavi supra lib. II. c. 19. in Aristotele. Similiter Rhetoras recensuerat Callimachus in *πίνακι*, sive *ἀναγραφῇ Ῥητορικῶν*, cuius mentionem facit, praeter Athenaeum, Dionysius Halicarnassensis. Leges, & legumlatores in *πίναξι τῶν νόμων*, *indicibus legum*, quorum tertius laudatur

(1) Emendandus interpres Athenaei VI. p. 244.

tur eidem Athenaeo lib. XIII. p. 585. ubi prima verba legis cuiusdam refert cum numero στίχων. Sed & πίναξ τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων, *Index vocum inusitatarum scriptorumque Democriti*, Suidae memoratus, quin eiusdem operis pars fuerit, vix dubito. Adversus Callimachi πίνακας scripserat Aristophanes Byzantius Grammaticus, teste Athenaeo lib. IX. p. 408.

Battiadem *in Paredris*, sive Poemate, quo de daemonibus paredris egerat, laudat Fulgentius in continentia Virgiliana: *nec illa, quae Dardanus in dynameris, aut Battiades in paredris, aut Campester in catabolicis infernalibusque cecinerunt.*

Πισαῖα scriptis Callimachi accenset Meursius e Fulgentii expositione antiquorum verborum in *tucceta*. Sed ibi reperio laudari non Callimachum, sed Callimorphum in Pisaeis: *ambrosio redolent tucceta sapore*.

Συναγωγὴ ποταμῶν, sive περὶ τῶν ἐν οἰκουμένῃ ποταμῶν, *De fluminibus orbis terrarum liber*. Strabo lib. IX. p. 397. & Suidas. Huius operis partes erant, quae eidem Suidae referuntur περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν & περὶ τῶν ἐν Ἀσίᾳ ποταμῶν, *de fluviis Europae & Asiae*.

Callimachum ἐν τοῖς πρὸς Πραξιφανὴν allegat scriptor vitae Arati. Ad illum, ni fallor, Praxipha-

phanem, qui allegatur a Demetrio περὶ ἑρμηνείας §. 57.

Σατυρικὰ δράματα. Suid.

Σεμέλη. Id.

Τραγῳδίαι. Id.

ὝΜΝΟΙ, *Hymni*, quorum exſtant hi ſex Elegiaco carmine ſcripti. I. *in Jovem*, allegatur a Suida in Ἀγεραννομίας, λετρῶν &c. ex eodem petitum eſt v. 8. ſeq. quod refertur ab Athenagora, Clemente Alex. & aliis, a Clariſſimoque Bentleio memoriae lapſu relatum inter fragmenta n. CCCXCI. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, καὶ γὰρ τάφον ὦ ἄνα, σεῖο Κρῆτες ἐτεκτήναντο. Hunc hymnum duplici metaphraſi latina poetica, adſtrictiore altera, altera liberiore donavit H. Stephanus. Vertit & latino carmine, praeter Nicolaum Friſchlinum, qui omnes proſa & verſu tranſtulit, Bonaventura Vulcanius. II. *in Apollinem*. III. *in Dianam*, latino carmine redditus a Franciſco Florido Sabino Baſil. MDXL. fol. p. 315. inter alia Sabini ſcripta, & in editione Callimachi Friſchliniana Baſil. MDLXXXIX. in 8. p. 340. IV. *in Delum*. V. *in lavacrum Palladis*, quem hymnum e MS. codice accentibus deſtituto edidit, & pereleganti metaphraſi donavit Angelus Politianus c. 80. Miſcell.. VI. *in Cererem*. Hic hymnus, ut ſuperior quoque Dorice ſcriptus eſt.

est, & Argis compositus videtur a Callimacho, si audimus ingeniosissimam Annam T. Fabri filiam.

Metaphrasin Graecam Hymnorum Callimachi, uti Hecales quoque, Αἰτίων, & Epigrammatum composuerat teste Suida Marianus, versibus iambicis 6810.

Ὑπομνήματα ἱστορικά. Supra in ἱστορικά.

Χωλίαμβοι. Suid. in Διθύραμβ. & supra in Ἴαμβοι.

III. E veteribus Grammaticis nonnulli fuerunt, qui Callimachi scripta, vel commentariis illustrarent, ut Astyages quidam, cuius ὑπόμνημα εἰς Καλλίμαχον Suidas memorat, Archibius item, qui in Epigrammata, & Eratosthenes, atque Theon, qui in Αἴτια scripserant, ut ante dixi: vel explicarent metaphrasi, ut Marianus, cuius iam in hymnis feci mentionem: vel quomodo interpungenda essent, docerent, ut Nicanor Alexandrinus, qui teste eodem Suida, librum composuerat περὶ στιγμῆς τῆς παρὰ Καλλιμάχῳ. Etiam contra Πίνακας scripsisse Aristophanem Grammaticum, notavi ex Athenaeo, cui adde, quod Callimacho detrahere non dubitavit Severianus Procli Philosophi discipulus, ut e Damascio in vita Isidori, Suidas retulit in Σεβηριανός. Τὸν δὲ Καλλίμαχον εἰς χεῖρας λαβὼν, οὐκ ἔστιν ὅτε οὐ κατέσκωπτε τὸν

Λίβυν ποιητὴν, ἀνιώμενος δὲ ἔτι μᾶλλον, ἤδη πολλαχοῦ καὶ τῷ βιβλίῳ προσέπτυε. Hoc odium fortassis inde provenit, quod de Platone Callimachus secus sensit, eumque idoneum poetarum esse iudicem inficiatus est, quo nomine etiam in Callimachum invehitur Proclus I. in Timaeum p. 28.

IV. *Scholia brevia Graeca*, quae hodie e MS. codice in sex hymnos edita exstant, cui debeantur auctori incertum est. Scriptores in iis veteres allegantur nulli, praeter Hesiodum I. 95. III. 53. Homerum II. 6. 35. 50. III. 4. 12. 40. 90. 250. IV. 73. 122. 209. 286. V. 30. Theocritum III. 19. Diogenianum III. 190. Herodianum III. 235. Thucydidem IV. 11. Pindari & Bacchylidis de Delo IV. 28. Olenis Lycii hymnum IV. 155. & Platonem Phaedone IV. 312. Syracusanae dialecti mentio fit II. 15. Gesnerus in Bibliotheca, admodum recentem notat esse scholiorum horumce, sive auctorem, sive collectorem, quod VI. 111. *αἴλουρον* ait *ἰδιωτικῶς*, sive lingua vulgari appellari *κάττον*. Scholia inedita interlinearia in Callimachum memorat Labbaeus Bibl. nov. MS. p. 372.

Anonymum vitae Callimachi auctorem, quae editionibus praefigi solet, perperam a Suida distinguit Menagius ad Laertium IX. 40.

V.

V. EDITIONES CALLIMACHI

Graecae cum Scholiis Graecis.

1. Prima Hymnorum ſex, litteris capitalibus, Florentiae in 4. edente Laſcari.
2. Baſileae apud Hieron. Frobenium MDXXXII. in 4. adiuncta ad calcem veteri Gnomologia.
3. Pariſiis apud Vaſcoſanum MDXLIX. in 4.

Editionem Baſil. MDLVI. Boeclero memoratam non vidi, nec quam Bolduanus, Lipeniuſque cum emendationibus Lud. Carrionis aiunt prodiiſſe ibid. MDLVII. neque Pariſienſem MDLXXIV.

Graecae ſine Scholiis.

Aldina A. MDXIII. in 8. cum Pindaro, Dionyſio, Lycophrone.

H. Stephani inter Poetas Principes. Pariſ. MDLXVI fol. typis luculentis.

Graeco-Latina cum Scholiis.

Paris. A. MDLXXIV. in 4. apud Io. Benenatum Callimachi Hymni excuſi ſunt Graece una cum Scholiis in marg. Ad calcem ſeparatim ſubnexa eſt verſio latina proſaria Nicolai Gulonii Carnotenſis, Graecarum litterarum Profeſſoris Regii in Academia Pariſienſi.

Graeco-Latinae sine Scholiis Graecis.

Hymni & Epigrammata cum versione Nicolai Frischlini, in corpore poetarum Graecorum Genev. MDCVI. fol. Iacobo Lectio curante p. 554. seq. Hymni, Epigrammata, & fragmenta cum notis Bonaventurae Vulcanii, Antuerp. & Lugd. Bat. MDLXXXIV. in 12. quae editio cum notis MSS. Martini Sladi, P. Francii & aliorum fuit in Bibliotheca laudati Francii, & ab illo utenda data fuit Clarissimo Graevio. Ad Callimachum Moschi Idyllia quoque adiunxit in hac editione Vulcanius.

Cum notis Annae Tan. Fabri filiae, quae novem Epigrammata ex Anthologia inedita, illustri Huetio, cui Callimachus iste dicatus est, communicante, prima vulgavit, & interpretata est, fragmentaque post H. Stephanum, Vulcaniumque nova adiunxit. Paris. MDCLXXV. in 4.

Graeco-Latinae cum Scholiis Graecis, & notis doctorum virorum.

Hymni & Epigrammata e recensione H. Stephani, cum eiusdem notis, & cum versione gemina, notisque Nicodemi Frischlini, Genev. MDLXXVII. in

in 4. Adiunxit & H. Stephanus Callimachi fragmenta quaedam a se collecta (1).

Hymni cum duplici interpretatione, prosa una, altera carmine, & annotationibus Nicod. Frischlini recognitis, scholiisque veteribus Graecis separatim adnexis, tum Epigrammata Callimachi XXXIII. cum versione ligata, & fragmenta (quae ab H. Stephano iam collecta dixi) Basil. MDLXXXIX. in 8. Vitam Callimachi quoque praefixit Frischlinus Graece, & Latine a se compositam, & Archiae Epigrammata Graeca ex Anthologia excerpta, & Latina donata metaphrasi, ne dicam de aliis Frischlini carminibus & Epigrammatis Graecis, & Latinis, hymnoque Graeco in Christum proditum, quae in hac editione Callimacho subiuncta leguntur.

Locupletissima, & elegantissima omnium editio Callimachi est Vltraiectina A. MDCXCVII. in 8. Voluminibus II ex recensione Theodori Graevii, Io. Georgii F. licet Theodorus ipse manum ultimam operi non admovit, sed in flore aetatis ex-

(1) Epistola dedicatoria Frischlini data est Tubingae A. 1571. nulla vero Callimachi editio Frischliniana Tubingae prodiit, licet hoc ex Actis Erud. 1695. p. 487. aliquis possit suspicari, sed Genevam ad H. Stephanum Tubinga suas lucubrationes misit Frischlinus. Falluntur quoque, qui editionem A. 1577. non Genevae, sed Parisiis prodiisse affirmant.

stinctus, magno Patri absolvendum reliquit. In hac editione primum occurrunt Hymni VI. nitide excusi, & eleganti icone in aes incisa singuli ornati, cum versione prosaica a Theodoro Graevio interpolata, subiectis per singulas paginas Scholiis Graecis, & notis virorum doctorum Francisci Robortelli, (1) H. Stephani, Bonav. Vulcanii, Annae Tan. Fab. filiae Daceriae, & quas Theodorus, vel ipse addidit, vel ex Io. Meursii ineditis lectionibus academicis in Callimachum petiit, vel a Iac. Gronovio, P. Francio, & aliis viris doctis accepit. Hymnos excipit *Poematium de Coma Berenices*, latine e Catullo, tum Epigrammata Callimachi LXII. ex edita & inedita Anthologia, & aliunde collecta. Quorum septem postrema ante lucem non viderant. Vniversa notis eruditis illustravit Bentleius, & ab undequadragesimo usque latine transtulit: additae praeterea notae sunt variorum, Annae Fabri maxime, & Vulcanii. Sequuntur inde fragmenta Callimachi, post Henrici Stephani industriam longe diligentius collecta a Vulcanio, Anna Fabri, Ez. Spanhemio, & diligentissime a Ricardo Bentleio, cuius Spanhemii & Bentleii collectio-

(1) Robortelli annotationes in hymnos Callimachi & aliorum quorumdam scriptorum loca, prodiere Venet. 1545. in 8. Nonnulla fragmenta Callimachi emendat & illustrat Casaubonus c. 4. lectionum Theocritearum.

ctiones numquam ante editae fuerant. Addes, si placet hoc e Scholiis ineditis ad Dionysium Thracem: *Τῆς δὲ κακίας τοῦ λόγου ἐστὶ καὶ ἡ ἀκυρολογία, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ ἐπὶ τῶν ἀπολλυμένων νηπίων.*

Μητέρας ἐξεκένωσαν ἐκούφισαν δὲ τιθῆναι,

Τοὐναντίον γὰρ, ἐβάρυναν ἀπολέσαντες τὰ ὑπ' αὐτῶν τρεφόμενα βρέφη. Habes praeterea in Graeviana Callimachi editione notas Frischlini integras separatim excusas, & p. 456. Henrici Stephani sex Epigrammata iudicio Ovidii (1), Callimachum arte, non ingenio valere existimantis opposita. Hinc Bentleii in loca quaedam hymnorum egregiae animadversiones, in quibus nonnulla, de quibus Stanleio etiam in mentem venerat. Quod vero in iisdem p. 495. seq. adversus Casaubonum c. 18. lect. Theocrit. & Salmasium p. 242. ad aram Dosiadae disputat, Graecos numquam *αι* & *οι* secuta consonante corripuisse, refellitur argumentis non inficiandis a Io. Iensio lib. II. c. 6. lectionum Lucianearum p. 166. seq. Vide sis & Iac. Gronovium ad

(1) De illo Ovidii iudicio vide Heinsium prolegom. ad Hesiodum edit. in 4. ubi ostendit Ovidium per ingenium intellexisse *ὁρμήν*, sive impetum poeticum, quo saepe peccant poetae, & optimi sunt, qui peccant saepissime.

ad Manethonis Apotelesmatica p. 274. Post Bentleii animadversiones sequuntur notae Paulli Voetii antecessoris Vltraiectini, quas e Bibliotheca filii, Illustris Viri Paulli Voetii Van Winsen, cui tota haec editio a Graevio inscripta est, primus heic Paullus Pauldry edidit. Volumen claudunt dedicationes praefationesque Frischlini, Vulcanii, & Annae Fabri, tum indices locupletissimi, quorum familiam ducit index Graecus omnium verborum, quae in Callimachi hymnis, epigrammatis & fragmentis occurrunt. Volumen alterum impletur uberrimis, & longe doctissimis Illustris Ez. Spanhemii ad sex Callimachi hymnos commentariis, opere, ut elegantissimus Brouckhusius ad Propertium p. 314. vere scripsit, *admirandae eruditionis, & quale hodie vix sperare ab ullo mortalium audeamus.*

QVAE-

QVAEDAM DE CALLIMACHO TESTIMONIA VETERVM.

Ex Antholog.

Κριναγόρυ Lib. 1. c. 67.

Καλλιμάχυ τὸ τορευτὸν ἔπος τόδε. δὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ
Ὡ'νὴρ τὰς Μυσέων πάντας ἔσεισε κάλως.
Α'είδει δ' ΕΚΑΛΗΣ τε φιλοξείνοιο καλιὴν,
Καὶ Θησεῖ Μαραθὼν τὰς ἐπέθηκε πόνυς.
Τῦ, σοὶ καὶ νεαρῶν χειρῶν σθένος εἴη ὀρέσθαι,
Μάρκελλε, κλεινῦ τ' αἶνον ἴσον βιότυ.

Α'δήλου.

Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παίγνιον, ὁ ξύλινος νῦς
Αἴτιος ὁ γράψας Αἴτια Καλλιμάχυ.

Palladae lib. 1. c. 17.

Καλλίμαχον πωλῶ καὶ Πίνδαρον, ἠδὲ καὶ αὐτὰς
Πτώσεις γραμματικῆς, πτῶσιν ἔχων πενίης, κ.λ.

Lib. II. c. 10. Εἰς Γραμματικὰς Philippi.

Γραμματικοὶ, Μώμυ ςυγίυ τέκνα, σῆτες ἀπάντων,
Τελχῖνες βίβλων, Ζηνοδότυ σκύλακες,

Καλ-

Καλλιμάχου στρατιῶται, ὃν ὡς ὅπλον ἐκτανύσαντες
Οὐδ᾽ αὐτοῦ κείνου γλῶσσαν ἀποστρέφετε, κ.λ.

Antiphanis.

Τῶν μεγάλων κηλῖδες, ἐπ᾽ Ἠρίννῃ δὲ κομῶντες
Πικροὶ καὶ ξηροὶ Καλλιμάχου πρόκυνες.

Lib. III. cap. 25. Ἄδηλον.

Ὦ μάκαρ ἐμβρεσίησι συνέστιε φίλτατε Μούσαις,
Χαῖρε καὶ εἰν Ἀΐδεω δώμασι Καλλίμαχε.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ὦ μέγα Βαττιάδαο σοφοῦ περίπυστον ὄνειαρ,
Ἦρ᾽ ἐτεὸν κεράων οὐδ᾽ ἐλέφαντος ἔφυς.
Τοῖα γὰρ ἄμμιν ἔφηνας, ἅτ᾽ οὐ πάρος ἀνέρες ἴσμεν,
Ἀμφί τε ἀθανάτους, ἀμφί τε ἡμιθέους.
Εὖτέ μιν ἐκ Λιβύης ἀναείρας εἰς Ἑλικῶνα,
Ἤγαγες ἐν μούσαις Πιερίδεσσι φέρων.
Αἱ δέ οἱ εἰρομένῳ ἀμφ᾽ ὠγυγίων ἡρώων
Αἴτια, καὶ μακάρων, εἶρον ἀμειβόμεναι.

Lascaris Epigramma de Callimachi carminibus, quae ex multis pauca supersunt.

Ἴχνια μαστεύων ῥυθμίσσατο σῶμα πέλωρον
Πάνσοφος Ἡρακλέους πρίν ποτε Πυθαγόρης.
Δοῦρας Ἀλεξάνδρου δ᾽ Ἵπποῦς ἐνὶ πίονι νηῷ
Δηρὸν ἔην μεγάλης μνημόσυνον παλάμης.

Καὶ σέο δ' οἷα λέοντος ὄνυξ, τόδε Καλλίμαχ' ἥρως
Λείψανον εὐΰμνων λαμπρὸν ἔδειξε νέον,
Ὡς γόνιμον σοφίην πισούμενον, εἴσιδε τέχνην,
Ἀένναον φαιὴν, ἔνθεον ἁρμονίην.
Ὀκτάκις εἰ δ' ἑκατὸν σίχα βίβλων ὤλεσεν αἰὼν
Λευγαλέος, βαιὸν Ζεὺς τόδ' ἔνευσε μέλος
Ἀρχέτυπον τελέθειν, θεῖον γένος ἥν τις ἀείδῃ,
Μορφῆς ὡς πλάσαις κυάνεον βλέφαρον.
Μή ποτε δ' ἐξάρχοντος ἔοι σπάνις ὑμνοπόλοισι
Μολπῆς, χαλκογράφων ξυνὸν ἔθηκε τέχνη.

Lucianus de ſcribenda Hiſtoria p. 371.

Οἷον ὁρᾷς τί καὶ Ὅμηρος ὡς μεγαλόφρων ποιεῖ. καίτοι ποιητὴς ὢν, παραθεῖ τὸν Τάνταλον, καὶ τὸν Ἰξίονα, καὶ Τίτυον, καὶ τοὺς ἄλλους. Εἰ δὲ Παρθένιος ἢ Εὐφορίων ἢ Καλλίμαχος ἔλεγε, πόσοις ἂν οἴει ἔπεσι τὸ ὕδωρ ἄχρι πρὸς τὸ χεῖλος τοῦ Ταντάλου ἤγαγεν; εἶτα πόσοις ἂν Ἰξίονα ἐκύλισε, κ.λ.

Scriptor incertus apud Suidam.

Σεβηριανὸς ἀπὸ Δαμασκοῦ --- τὰ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ποιητῶν ἀπεδέχετο μετρίως. τὸν δὲ Καλλίμαχον εἰς χεῖρας λαβὼν, οὐκ ἔστιν ὅτε οὐ κατέσκωπτε τὸν Λίβυν ποιητήν. ἀνιώμενος δὲ ἐπὶ μᾶλλον ἤδη πολλαχοῦ καὶ τῷ βιβλίῳ προσέπτυε.

Pro-

Proclus in Timaeum Platonis p. 28.

Εἴπερ γάρ τις ἄλλος, καὶ ποιητῶν ἄξιος ὁ κριτὴς ὁ Πλάτων, ὡς καὶ Λογγῖνος συνίστησιν. Ἡρακλείδης γοῦν ὁ Ποντικός φησιν, ὅτι τῶν Χοιρίλου τότε εὐδοκιμούντων Πλάτων τὰ Ἀντιμάχου προυτίμησε, καὶ αὐτὸν ἔπεισε τὸν Ἡρακλείδην εἰς Κολοφῶνα ἐλθόντα τὰ ποιήματα συλλέξαι τοῦ ἀνδρός. Μάτην οὖν φληναφοῦσι Καλλίμαχος καὶ Δοῦρις, ὡς Πλάτωνος οὐκ ὄντος ἱκανοῦ κρίνειν ποιητάς.

Strabo Lib. XVII. p. 837.

Λέγεται δὲ ἡ Κυρήνη κτίσμα Βάττου, πρόγονον δὲ τοῦτον ἑαυτοῦ φάσκει ὁ Καλλίμαχος. Et ibidem: Κυρηναῖος δέ ἐστι καὶ Καλλίμαχος καὶ Ἐρατοσθένης, ἀμφότεροι τετιμημένοι παρὰ τοῖς τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν, ὁ μὲν ποιητὴς ἅμα καὶ περὶ γραμματικὴν ἐσπουδακώς, ὁ δὲ καὶ ταῦτα καὶ περὶ φιλοσοφίαν καὶ τὰ μαθήματα εἴ τις ἄλλος διαφέρων.

Scriptor vitae Apollonii Rhodii.

Ἐγένετο δὲ ἐπὶ τῶν Πτολεμαίων (ὁ Ἀπολλώνιος) Καλλιμάχου μαθητής, τὸ μὲν πρῶτον συνὼν Καλλιμάχῳ τῷ ἰδίῳ διδασκάλῳ. Et ibidem: Οὗτος ἐμαθήτευσε Καλλιμάχῳ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὄντι γραμματικῷ ···· τινὲς δέ φασιν, ὅτι ἐπανῆλθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ αὖτις ἐκεῖσε ἐπιδειξάμενος εἰς δῆμον

εὐδο-

ἐνδοκιμήσει, ὡς καὶ τῶν βιβλιοθηκῶν τοῦ Μουσείου ἀξιωθῆναι αὐτὸν, καὶ ταφῆναι δὲ σὺν αὐτῷ τῷ Καλλιμάχῳ. Suidas: Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεὺς ---- μαθητὴς Καλλιμάχου.

Scriptor vitae Arati.

Συνήκμασε δὲ Ἄρατος Ἀλεξάνδρῳ τῷ Αἰτωλῷ, καὶ Καλλιμάχῳ, καὶ Μενάνδρῳ, καὶ Φιλητᾷ. Et ibidem: Γηραίῳ δὲ τῷ Κυρηναίῳ ἐπιβάλλετο, παρ' οὗ καὶ ἐπιγράμματος ἠξιώθη. Notandus est eorum error, qui Geraeum nescio quem Cyrenensem poetam ex his verbis sibi comminiscuntur: legendum enim γηραιῷ, & sententia est, *Aratum innotuisse Callimacho iam seni; a quo & Epigrammate donatum esse.*

Scriptor vitae Theocriti.

Ἐγένετο δὲ ὁ Θεόκριτος ἰσόχρονος τοῦ τε Ἀράτου καὶ Καλλιμάχου καὶ Νικάνδρου.

Suidas.

Ἀστυάγης γραμματικός. τέχνην γραμματικὴν ---- καὶ εἰς Καλλίμαχον τὸν ποιητὴν ὑπόμνημα. Idem: Ἀρχίβιος Ἀπολλωνίου, γραμματικός. τῶν Καλλιμάχου ἐπιγραμμάτων ἐξήγησιν. Idem: Μαριανὸς, -- ἔγραψε μετάφρασιν Καλλιμάχου Ἑκάλης, Ὕμνων,

καὶ

καὶ τῶν Αἰτίων, καὶ τῶν Ἐπιγραμμάτων ἐν Ἰάμβοις ςαί. Idem: Νικάνωρ ὁ Ἑρμείου Ἀλεξανδρεὺς γραμματικὸς, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ Καίσαρος·· ἔγραψε περὶ ςιγμῆς τῆς παρὰ Καλλιμάχῳ. Idem: Ἐρατοσθένης Κυρηναῖος, μαθητὴς φιλοσόφου Ἀρίςωνος Χίου, γραμματικοῦ δὲ Λυσανίου τοῦ Κυρηναίου, καὶ Καλλιμάχου τοῦ ποιητοῦ. Idem: Ἴςρος, Μενάνδρου Ἴςρου, Κυρηναῖος ἢ Μακεδών. Καλλιμάχου δοῦλος καὶ γνώριμος. Vnde a veteribus pasſim vocatur, Ἴςρος ὁ Καλλιμάχειος.

Strabo Lib. XIV.

Ἄνδρες δὲ ἐγένοντο ἐξ Ἁλικαρνασσοῦ ---- Ἡράκλειτος ὁ ποιητὴς, Καλλιμάχου ἑταῖρος. In hunc Heraclitum exſtat Epigramma.

Εἶπέ τις, Ἡράκλειτε, τεὸν μόρον, κ.λ.

Etymologicon Magnum.

Ἀλυτάρχης, ῥαβδοφόροι ἀλύται. Ἥδυλος δὲ εἰς τὴν ἐπιγραφὴν Καλλιμάχου διὰ δύο λάμβδα ὀνομάζει τοὺς ἀλύτας, ἀλλύτας.

Athenaeus Lib. VIII. 331.

Φιλοςέφανος δὲ ὁ Κυρηναῖος μὲν γένος, Καλλιμάχου δὲ γνώριμος, ἐν τῷ περὶ τῶν παραδόξων ποταμῶν.

Au-

Cicer. Tuscul. Quaest. Lib. I.

Callimachi quidem Epigramma in Ambraciotam Cleombrotum est, quem ait, quum nihil illi accidisset adversi, e muro se in mare abiecisse, lecto Platonis Libro. *Idem ibid.* Quamquam non male, ait Callimachus, multo saepius lacrymasse Priamum, quam Troilum.

Aulus Gellius Lib. XVII. *c.* 21.

Neque diu post Callimachus poeta Cyrenensi Alexandriae apud Ptolemaeum regem celebratus est.

Solinus c. 27.

Maior Syrtis ostentat oppidum, Cyrenas vocant: quae domus Callimacho poetae fuit patria.

Hygin. Lib. II. *Astron.*

Callimachus autem ait, quod Menalippe Chironis Centauri filia desierit venari, & colere Dianam, in quam speciem supra diximus eam Dianam convertisse.

Horat. Lib. II. *Epist.* 2.

Discedo Alcaeus puncto illius, ille meo quis:
Quis nisi Callimachus?

Propertius II. I.

Sed neque Phlegraeos Iovis Enceladique tumultus
Intonet angusto pectore Callimachus.

II. *Eleg. ultima*.

Tu satius memorem musis imitare Philetam,
Et non inflati somnia Callimachi.

III. I.

Callimachi manes, & Coi sacra Philetae,
In vestrum, quaeso, me sinite ire nemus.

III. *9*.

Inter Callimachi sat erit placuisse libellos,
Et cecinisse modis, Coe Poeta, tuis.

IV. I.

Vt nostris tumefacta superbiat Vmbria libris,
Vmbria Romani patria Callimachi.

IV. *6*.

Cera Philetaeis certet Romana corymbis:
Et Cyrenaeas urna ministret aquas.

Catullus LXV.

Sed tamen in tantis moeroribus, Ortale, mitto
Haec expressa tibi carmina Battiadae.

CIV.

Saepe tibi studioso animo venanda requirens
Carmina uti possem mittere Battiadae.

Ovi

Ovidius Triſtium Lib. II. *v.* 367.

Nec tibi, Battiade, nocuit, quod ſaepe legenti
Delicias verſu faſſus es ipſe tuas.

Idem Amor. Lib. I. El. 15.

Battiades ſemper toto cantabitur orbe;
Quamvis ingenio non valet, arte valet.

Idem Artis Amator. Lib. III. *v.* 329.

Sit tibi Callimachi, ſit Coi nota Poetae,
Sit quoque vinoſi Teïa Muſa ſenis.

Idem de Remed. Am. v. 381.

Callimachi numeris non eſt dicendus Achilles,
Cydippe non eſt oris, Homere, tui.

Ibidem v. 759.

Callimachum fugite; non eſt inimicus amori:
Et cum Callimacho tu quoque, Coe, noces.

Petron.

Digna ſacris, Hecale, quam Muſa loquentibus annis
Battiadae veteris vivendo tradidit aevo.

Martial. Lib. IV.*Epigr.* 23. *ad Thaliam de Brutiano.*

Dum tu lenta nimis, diuque quaeris
Quis primus tibi, quisve sit secundus:
Graium quisve Epigramma comparabit,
Palmam Callimachus, Thalia, de se
Facundo dedit ipse Brutiano. &c.

Idem Lib. x. *Epigr.* IV. *ad Mamurram.*

Sed non vis, Mamurra, tuos cognoscere mores,
Nec te scire: legas Αἴτια Callimachi.

Statius Epithalamio Stellae.

---- hunc ipse choro plaudente Philetas,
Callimachusque senex, Vmbroque Propertius antro
Ambissent laudare ducem —

In Codice CCXLI. Bibliothecae Regiae Taurinensis, in quo Callimachi hymni continentur cum brevibus adnotationibus in margine, tria leguntur Graeca in Callimachum Epigrammata. I. Anonymi. II. Antiphili. III. Lascaris, quod postremum supra adtulimus pag. 28. Singula vero Graece, & Latine habentur in Catalogo Taurinensis Biblioth. Tom. II. pag. 364.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ
ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ
ΥΜΝΟΙ.

CALLIMACHI
CYRENAEI
HYMNI.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ
ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ
ΥΜΝΟΣ Α'.
ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΙΑ.

Ζηνὸς ἔοι τί κεν ἄλλο παρὰ σπονδῇσιν ἀείδειν
Λώϊον, ἢ θεὸν αὐτὸν, ἀεὶ μέγαν, αἰὲν ἄνακτα;
Tu vero, regina, tuens quum ſidera, divam
Placabis feſtis luminibus Venerem
Sanguinis expertem, non votis eſſe tuam me,
Sed potius largis effice muneribus.
Sidera cur retinent? utinam Coma regia fiam,
Proximus Arcturos fulgeat Erigonae.

Queſte d' un caſto amor ſono le leggi:
Ma la chioma di lei, che il dritto offende
Del ſanto nodo con impuro amore,
Si aſperga pur di lieve polve; e molle
La rendano gli unguenti: ahi triſti e vani
Ornamenti alle femmine impudiche,
Nè voglio nò di loro uſanze, o doni;
Ma piuttoſto con voi, ſpoſe onorate,
Reſti mai ſempre Amor, reſti la Pace.
Ma tu, Regina, in oſſervar le ſtelle
E i dì feſtivi placherai la Dea,

Che

Ὑμέτερός γε ὄνυξ τῶν ἁγνῶν θηλυτεράων.
  Ἀλλ' ἣ ἑ μοιχείᾳ ἐξέδοσεν μιαρῇ,
Κουφὴ ταῦτα κόνις πίοι εὐθὺς δῶρα ἄδωρα.
  Καίπερ ἀπὸ μιαρῶν δῶρά τιν' οὐκ ἐθέλω.
Ὑμετέρας θ' ὁμόνοια, ἔρως τε ναίοιεν ἐς αἰὲν
  Ἕδρας, εὐσεβέων αἷς μέλον ἐςὶ γάμων.
Σὺ δὲ, ἄνασσα, βλέποισ' ἄςρων ὅτε φάεα, ἄναιμον
  Ἱροῖς ἱλάσκοις φάεσι τὴν Κύπριδα,
Οὐκ εὐχαῖς, ὦ ἄνασσα, μόνον σαῖς εἰπὲ τεόν με,
  Ἀλλὰ τεὸν δώροις ποίει ἀπειρεσίοις.
Δεῖνα τί μ' ἐπέχει; δεσποίνης εἴθε γενοίμην,
  Κ' Ἀρκτοῦρος λάμποι ἔγγυον Ἠριγόνης.

Che l' Are ſue non vuol di ſangue aſperſe;
Nè me onorar co' voti tuoi qual Nume.
Ma fa piuttoſto con gli doni tuoi,
Che reſti in me dell' eſſer tua la gloria.
Perchè mi voglion dunque in Ciel le ſtelle?
Deh poteſs' io della real Signora
Tornârmi a unir chioma reciſa al capo:
Colaſsù poi che importa a me ſe gli Aſtri
Gli ordini ſuoi cangiando, all' Acqueo ſegno
Orione s' appreſſi, e al doppio ſplenda.

Ex Interpretatione Ios. Scaligeri.

Πάντας ἀπειρεσίης δεδοκημένος ἀστέρας αἴθρης,
Ὅς φάσιας τειρέων φράσσατο καὶ δυσίας,
Ἢ σέλας αἰγλάεντος ἀμέρδεται ἀελίοιο,
Ἢ χρόνῳ ἐγκύκλιος τείρεα θεσμὸς ἄγει,
Μήνην τ' οὐρανόθεν Λάτμιον κατὰ παιπαλόεντα
Λάθρῃ ἀποπλάζων ἵμερος ὦρσε γάμου·
Οὗτος ἐμ' οὐρανίῃσιν ἀπότροθι μαρμαρυγῇσι
Τὸν Βερενικείου κρατὸς ἄπο πλόκαμον
Θεσπεσίως φλεγέθοντα Κόνων ἴδεν, ὅν ποκα τήνα
Πήχε' ὀρεξαμένα πᾶσ' ἀνέθηκε θεοῖς.
Ἦμος ἄναξ νεαροῖσιν ἀγαλλόμενος ὑμεναίοις
Ὤιχετο πορθείων τέρμονας Ἀσσυρίους,
Ἐννυχίοιο φέρων ἐπιμάρτυρα γυμνάδος ἴχνη
Γαθόσυνος, σύλων ῥύσια παρθενικῶν.
Ἆρά γε πρωτογάμοις Κύπρις ἔχθεται; ἆρα τοκήων
Χάρμ' ἐλεφαίρονται σκηπτομένοισι γόοις,
Τοὺς ῥα χέουσ' ἀδινῶς θαλάμων ὕπο δακρυόωσαι
Παστάδας; οὐ μὰ θεοὺς δακρυχέουσ' ἐτεόν.
Τοῦτο ἐμ' ἀτροφάτοις δέδαεν Βασίλεια γόοισι
Φύλοπιν ἀνδρὸς ἑκὰς θοῦριν ἐποιχομένου.
Οὐ δὲ σὺ χηρόσυνον ὀλοφύραο λέκτρον ἔρημον,
Ἀλλὰ κασιγνήτου μέρμερον ἀζυγίην.
Ἆμος σ' ἐνδόμυχοι μελεδῶναι μυελὸν ἦσθον.
Ὥς τοι πεπταὼς πάντοθεν ἀμφασίᾳ

Θυ-

Θυμὸς ἅτας ςήθεσφιν ἀκήρι@ ᾤχετο! κ) μὰν
Ηʹδεά σ' ἐκ βαιᾶς ὡς θρασυκάρδι@ ἦς.
Ηʹ 'ξελάθε μέγα ἔργον, ὅτ' εἶ βασιλῆ@ ἄκοιτις,
Τόῤῥα τοι οὐκ ἂν ἔτλησ' ἄλλη ἀρειοτέρη;
Αʹνδρα δὲ νοσφίσσασ' ἀκαχημένα οἷα ἔειπας;
Ωʹ πόποι, ὡς παλάμαις φάε' ὀμορξαμένα;
Τὶς δὲ τόσος δαίμων μετετλάσατό σ'; ἦ ὅτ' ἐρῶντες
Οὐ δὲ φίλας κεφαλᾶς ζίω ἐθέλεσι δίχα;
Οἷα φίλε ῥ' ἔξασα θεοῖς ὑπὲρ ἀνδρὸς ὑπέςας,
Ταυρείων θυέων ἐκ ἄνις εὐχομένα,
Ηʹν ἄψοῤῥον τίω@ ἵκοιτ', ἐ δίω μετέπειτα
Λῃΐας Αἰγύπτῳ πρόσθετ@ τίω Αʹσίη;
Τοὔνεκα εἰδώλοις ἐνκρίθμι@ ἐρανίοισι
Τῶν πρὸ τε εὐχωλᾶν πρόσφατ' ἄποινα φέρω.
Υʹμετέρας κορυφᾶς ἀέκων, δέσποινα, λάσθίω,
Νοσφίσθίω ἀέκων, ναὶ μά σε, σόν τε κάρη.
Αʹξια τίνειεν δ' ὅς κεν ἐπίορκον ὀμόσσαι.
Ιʹσοφαρίζοι τίς δ' ἀντιβίω χάλυβι;
Τῷ γὰρ ὄρος κ) τίωὖο διήριπε, τόῤῥ' ἐν ὄρεσιν
Οʹψίγονοι Φθίης κέλσαν ἐπιπλόμλυοι,
Οʹκκα νέον Μῆδοι πόρον ἄνυον, ὡς νεολαίη
Βάρβαρ@ εἰρεσίη πλώσατο μέσσον Αʹθω.
Τί πλόκαμοι ῥέξειαν, ἐπεὶ τάδε εἴκαθε χαλκῷ;
Ζεῦ πάτερ, ὡς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γέν@,
Καὶ μάλα χαλκὸν ὁ γῆθεν ἀπαντέλλοντα λαχμύας,
Χ' ὡ πρότερ@ τήξας ἀκάματον χάλυβα.
Αἱ δὲ κόμαι νεόκαρτοι ἐμὸν πάρ@ αἶτον ἀδελφειὸ
Θρηνέεον, ὁππῆμ@ Μέμνον@ Αἰθίοπ@

Ηʹέ-

Ἠέρα μουνογενὴς πτηνὸς ταρσοῖσιν ἐρέσσων
  Ἵππος ὑπλωτίασεν Χλωρίδος Ἀρσινόης,
Ὅς τ' ἀνερειψάμενός με δι' ἠέρος πεπότατο,
  Καὶ σεμνῆς κόλποις Κύπριδος ἐγκάθετο.
Καί ῥα πάροιθεν κεῖσε διάκτορον ὃν Ζεφυρῖτις
  Ὦρσε Κανωπείων ἐνναέτις κροκαλῶν,
Ὄφρα μόνον πυρόεντος ἐν αἰθέρος ἀτραπιτοῖσιν
  Ἐξ Ἀριαδνείων χρυσοφαὲς κροτάφων
Μὴ στέφος ἀστράψαι, ἡμεῖς δέ τε φανθείημεν
  Ξανθᾶς ἐκ κορυφᾶς σῦλα ταινυπλόκαμα.
Ὥστε μολόντα θεὰ δακρυοσταγῆ εἰς τὸ θεῶν δῶ
  Εἷσατ' ἐν ἀρχαίοις ὁπλότερόν με τέρας.
Παρθενικᾶς δεινοῖτε δοκεύων σῆμα Λέοντος
  Γείτονα Καλλιστοῖ φῶτα Λυκαονίη
Δινεῦμαι δύσσινδε παροίτερος αἶψα Βοώτεω,
  Ὃς μόγις ὀψὲ βαθεῖ κλίζεται ὠκεανῷ.
Εἰ καὶ ὅλαν τὰν νύκτα θεῶν ὑπὸ ποσσὶ φορεῦμαι,
  Ἂψ δ' ὑπὸ Τηθὺν ἔδυν αὖθι παναμέριος,
(Ἵλαθι παρθενικὰ Ῥαμνουσιάς. οὔκεν ἐγώνη
  Ὄκνῳ κλέπτοιμι νητρεκὲς οὐδὲν ἔπος,
Κ' ἢν μ' ἄστρων νείκεσσιν ὁμάγυρις ἐνδατέοιτο,
  Μὴ ἐτεῶν ἔξω κρυπτὰ φέρειν πραπίδων.)
Οὐ τόσσον τοῖσδεσσιν ἀρίσκομαι, ὅσσον ἀνάσσης
  Ἐσσόμενος πόῤῥω κράατος ἀσχαλόω,
Τῷ ὁμοῦ, ὄφρ' ἁπαλὰ κόρη τέλε, τοῖσι μύροισι
  Δευόμενος θαμὰ δὴ μυρία πόλλ' ἔπιον.
Ὑμεῖς δ', ἀσπασίως τὰς ἀνδράσιν ἐν φιλότητι
  Ἔζευξεν τοῖς πρόσθ' ἀλλοτρίοισιν ἔρως,

Σπά-

Σπάσονθ' ἐκ μαστὸς ἑανῶν σφριγόωντε χιτώνων,
  Ὥς μοι ἄφαρ προφέρει φίλτατ' ἀτάργματ' ὄνυξ.
Ὑμὸς ὄνυξ, ταῖς λέκτρου ἀκήρατος εὔαδε θεσμός.
  Ἃ δὲ βεβηλογάμοις εἴξατο μαχλοσύναις,
Τᾶς κόνις αὐαλέη μεταμώλια δῶρα πίοιτο.
  Οὐ γὰρ δωτίναν πράττομ' ἀσελγοχαρεῖς.
Ὑμετέροις πνεύσειαν ἀεὶ μεγάροισιν ἔρωτες,
  Νύμφαι, ξυνεχέες τ' αἰὲν ὁμοφροσύναι.
Ὄκκα δ', ἄνασσα, χορὸς ταπταινομένα σελάεντας
  Ἱροπόλοις ἀρέσεις ἄμασι Κυπρογενῆ,
Ὀρφανικὸν θυέων λιτανεύω, μή τι μ' ἐάσῃς,
  Ἄσπετα δ' αὖ μᾶλλον δῶρα χάρισσαι ἐμοί.
Χαιροιτ' ἄστρα. πλόκος βασιλήϊος εἴθε γενοίμαν,
  Ἐγγύθεν Ὑδροχόου λαμπέτω Ὠαρίων.

EXPLICIT ELEGIA

DE COMA BERENICIS

EX INTERPRETATIONE

IOSEPHI SCALIGERI.

CALLIMACHI HYMNVS I.

QVI EST IN IOVEM

INTERPRETE HENRICO STEPHANO.

QVid Iovis in ſacris potius quam Iuppiter ipſe
Cantetur? magnus ſemper, rex ſemper, & idem?
Terrigenûm expulſor, caeleſtis & arbiter aulae?
Sed quid? Dictaeum cantabimus, anne Lycaeum?
Heic mihi mens haeret, quia diſceptatur origo.
Iuppiter, Idaeis memorant te montibus ortum,
Aſt alii Arcadicis. mentiti ſunt, pater, utri?
Creta uſque eſt mendax. ſtruxit tibi Creta ſepulcrum:
At non mortuus es, nullus cui terminus aevi.
Certe in Parrhaſia Rhea eſt te enixa, comabat
Qua mons parte magis, virgultaque denſa tegebant.
Eſt locus inde ſacer: Lucinaeque indiga nulla
Hunc fera nec mulier ſubeunt. hunc Apidanenſes
Inde puerperii Rheae de nomine dicunt.
Heic te utero mater quum depoſuiſſet ab amplo,
Quaerebat latices vivos, abſtergere partus
Poſſet uti ſordes, poſſet tua membra lavare.
Non Erymanthus adhuc vitreas oſtenderat undas,
Nondum ingens Ladon; ſed tota humore carebat
Arcadia, illa quidem quondam peraquoſa futura.
(Tempore nam ſoluit quo Rhea puerpera zonam,
Permultas quercus liquidus geſtabat Iaon,
Multa ſuper Melanem decurrere plauſtra ſolebant:
Cariona ſuper multae, licet humidus eſſet,
Ponebant ſua luſtra ferae: ſitienſque viator

Cal-

Calcabat tum Crathin, arenosumque Metopen:
Copia sub pedibus tamen undae multa tacebat.)
Nescia quid faciat sic tandem Rhea profatur,
Tu quoque mi Tellus parias: facilis tibi partus.
Dixit & extento grandi in sublime lacerto
Percussit montem sceptro. diffissus hiatu
Magno, effudit aquas late, quibus abluit, o rex,
Illa tuum corpus: pannis te involvit, in antrum
Ferre deditque Nedae Cretaeum, alereris ut illic
Ignotus. nymphis haec maiestate verenda
Prae cunctis, mater quibus obstetricibus usa est:
Omnibus & senior, praeter Styga Phillyramque.
Parva relata nec est huic gratia, nam dea flumen
Nomen habere Nedae iussit. nunc agmine magno
Vrbem Cauconum, Leprion quae dicitur, ambit:
Inde mare ingreditur. nec limpha vetustior hac est
Vlla Lycaoniae potanda nepotibus Vrsae.
Iuppiter alme, Thenas te Cnossum nympha relictis
Dum portat (Cnosso fuit urbs vicina Thenarum)
Omphalos est lapsus: (tibi decidit umbilicus)
Omphalium campo hinc nomen tribuere Cydones.
Dictaeae heic Meliae, Corybantum turba sodalis,
Sunt te amplexae ulnis: cunis sopivit in aureis
Adrastea. dehinc suxisti pinguia caprae
Vbera Amaltheae: dulcem mel praebuit escam.
Namque apis Idaeis coepit Panacraea repente
Montibus exercere artem, Panacris quoque dictis.
Curetesque suam circum plausere choream,
Armaque pulsarunt: clypeûm sonus ut patris aures
Saturni, non vox vagitus ulla feriret.
Mox bene nutriti moles bene corporis aucta est,
Iuppiter, esque cita ornatus lanugine malas.
Verum aetate, puer, digna es meditatus adulta:
Atque ideo fratres, quamvis prior his foret ortus,

Haud

Haud ſidem invidere tibi ſtellantis olympi.
Dictaque priſcorum non ſunt veracia vatum,
Saturni haec natis ſortem tria regna dediſſe.
Nam caelum atque Erebum quiſnam committere ſorti,
Qui ſana ſit mente, velit? nam aequalia quae ſunt
Sors partitur: at haec diſcrimen ſeparat ingens.
Mentirer quae aures alicuius credere poſſent.
Non ſors te regem divûm, ſed dextera fecit,
Virtute tua, & robur, ſolio quod ſemper adhaeret.
Iuſſiſti aliturum tua ferri a principe tantum
Auguria [eſſe meis quae fauſta precabor amicis]
Quodque homines inter ſupereminet, id tibi ſumis:
Non equidem nautam, non vatem, aut bella gerentem.
Verum ipſis divûm curam ſinis eſſe minorum,
Nempe aliorum alios: tu vero deligis illos,
Queis parent urbes, miles quibus atque colonus
Moriger & remex. (dominantibus omnia cedunt.)
Hinc eſt quod fabros, Vulcani dicimus eſſe,
Armigeros, Martis: venatoreſque, Chitones
Dianae: Phoebi eſſe lyram pulſare peritos.
Ab Iove ſunt reges. nihil eſt divinius uſquam
Regibus. ergo tuo his tribuiſti iure potiri:
Atque dediſti urbes tutari, dum arcibus ipſe
Aſpicis e ſummis, populo qui legibus aequis
Imperitent, vel qui iniuſto moderamine regnent.
Atque bonis illos multis opibuſque beaſti:
Illos certe omnes, aeque haud tamen. en mihi regis
Exemplum noſtri, namque hic longe omnibus anteit.
Sole cadente facit, ſolis quae cogitat ortu:
Magna quidem: ſed parva facitque & cogitat una.
Anno alii quaedam, quaedam vix pluribus, & ſunt
Quos facere haud tu magna ſinis vel volvere mente.
Supreme o ſalve Saturnie, cui bona cuncta
Debenturque ſalus. ecquis tua geſta referet?

Haud

Haud quiſquam eſt, vel erit. Iovis ecquis geſta referret?
Salve iterum pater: eſto dator virtutis opumque.
Provehere haud poſſunt vel opes virtute carentes,
Vel virtus ſola. eſto dator virtutis opumque.

CALLIMACHI HYMNVS II.

QVI EST IN APOLLINEM

INTERPRETE BONAVENTVRA VVLCANIO.

ANne vides, Phoebi laurus qua ſuccutitur vi,
Delumque ipſum? Procul hinc, procul eſte profani.
Ecce, fores iſtas pulcro pede pulſat Apollo.
Nonne vides feſtivum ut Delia palma repente
Annuat, argutumque, ut cygnus in aëre cantet?
Iam vectes revoluti & clauſtra horrentia portis
Cedite; namque dei iam non praeſentia longe eſt.
At vos, o cantum & pueri inſtaurate choreas.
Non quivis Phoebum cernit, ſed quiſquis honeſtus.
Magnus qui vidit, vilis, cui id ille negarit.
Cernamus te & nos; viles nec habebimur ulli.
Adventante deo, iuvenes ſit cautio, ne vos
Vlla pedum requies, citharaeve ſilentia damnent;
Coniugium ut maneat felix & ſera ſenectus,
Vtque immota ſuis ſtent moenia fundamentis.
Laudarim pueros; neque enim tacita eſt cithara ultra.
Ore favete omnes, ſacros ad Apollinis hymnos.
Ipſe favet pontus, vates dum carmine dicunt
Aut citharam, aut arcum, magnus queis gaudet Apollo.
Nec lacrymoſa Thetis exſtinctum deflet Achillem
Mater, Io Paean gratas dum perſonat aures.

Ipſum

Ipſum etiam intermittit queſtus flebile ſaxum,
Quod Phrygia obriguit infelix marmor arena
Foemineos referens artus, luctuque fatiſcens.
Dicite Io bis Io; divis certare malignum eſt.
Qui divis, regi ille meo certaverit idem;
Quique meo regi, Phoebo certaverit idem.
Qui ſibi grata canunt, hos Phoebus honoribus auctat;
Nam potis eſt; ſiquidem dexter ſedet ille Tonanti.
At Phoebum chorus haud lucem cantabit in unam;
Nam facile eſt; quum materies ſit maxima laudum.
Aurea, Phoebe, tibi eſt & palla, & fibula, & arcus
Lyctius, & pharetra, & cithara aurea, ſoccus & ipſe
Aureus; immenſo Phoebus namque adfluit auro,
Immenſiſque opibus. Pytho id teſtatur abunde.
Quin & perpetuus decor atque aeterna iuventus
Phoebum ornat, nulla teneras lanugine malas
Obductus, fragranſque comis exſudat olivum.
Non adipem videas Phoebi ſtillare capillis,
Sed Panaceam ipſam; quae quam rore imbuit urbem
Prona petens, nullis illa eſt obnoxia morbis.
Nulli adeo varias etiam regnare per artes
Contigit ac Phoebo. Vates, certoſque ſagitta
Ille amat; ut cantus, ſic Phoebo ſpicula curae.
Illius & ſortes, & divinatio: ab ipſo
Et medici didicere moras innectere morti.
Dicitur & paſtor cognomine Phoebus, ab illo
Tempore quo Amphryſi prope grata fluenta iugales
Pavit equos, magno Admeti ſuccenſus amore.
Multa pecus facile hunc implebit paſcua: multos
Sufficient hoedos caprae, paſcentibus illis
Inter oves, oculum Phoebus ſi adiecerit aequum.
Agnus quiſque ſuae pendebit ab ubere matris,
Quaeque unum ſolet eniti, dabit illa gemellos.
Phoebo etiam duce mortales, metirier urbes

Coe-

Coeperunt ; Phoebus condendis urbibus uſque
Gaudet ; & ipſe adeo dextro molimine Phoebus
Fundamenta locat. Quartum vix Phoebus agebat
Annum , quum Ortygia in pulcra fundamina prima
Iecit , firmavitque lacus circumflui ad oram .
Vt capita aſſidue caprearum multa ferebat
Cynthia venatrix , aram his texebat Apollo .
Cornea ſternebat fundamina , cornibus ara
Surgebat ; cornu murum quoque duxit in orbem .
Hiſce rudimentis ingentia fundamenta
Tollere humo Phoebus didicit . Batto quoque Phoebus
Olim urbis patriaeque meae bonus exſtitit index :
Duxque viae externo Libyam ingrediente colono
Dexter erat corvus ; cinCturum & moenibus urbem
Regibus ille meis non futilis annuit auctor .
Numquam etenim Phoebo cedit ſententia retro .
Phoebe , Boëdromium quidam te nomine dicunt ;
At multi Clarium (nam multo es nomine dives)
Aſt ego Carneum ; namque haec mihi patria vox eſt .
Sparta tibi , Carnee , eſt antiquiſſima ſedes ,
Altera ab hac Thera eſt ; cui proxima dia Cyrene .
Oedipodae ſextum genus e Lacedaemone Theras
Te duxit , Thera in Libycas te tranſtulit oras
Amiſſae Battus donatus munere vocis .
Auguſtum hinc templum tibi condidit , annua in urbe
Sacra dicans , ubi multi inflexo poplite ſacri
Ad tua procumbunt extremum altaria tauri .
Io Io multis precibus votiſque petite
Carnee : at multo tibi ſacra altaria flore
Vere nitent , rorem Zephyrus queis afflat amicum .
Bruma crocum , & perpetuum tibi ſufficit ignem ,
Non umquam heſterno in cineres carbone redacto .
Gaudia pertentant Phoebum , quum armata virorum
Turba ſalit , flavis late permiſta Libyſſis ,

Carnei quoties redierunt annua festa.
Ast Heraclidae nondum penetrare Cyrenes
Ad fontem poterant; sed adhuc umbrosa colebant
Aziris nemora. hos ut Phoebus vidit, amicae
Ostendit nymphae, Myrtusae e vertice montis;
Stravit ubi Eurypyli vastantem armenta leonem
Hypseis: chorus haud Phoebo hoc divinior ullus.
Nulli urbi gratans tot commoda, quanta Cyrenae
Largitur, veteris raptus memor. At neque Batti
Progenies ullum plus Phoebo nomen adorat.
Io Io paean patulas iam personat aures.
Id primum accinuit Phoebo gens Delphica carmen,
Aurea quum affulsit certissima spicula torquens.
Nam Draco Pythonem tibi quondam occurrit eunti
Immanis, crebro quem telorum impete victor
Stravisti, fremitu populo acclamante secundo,
Io Io paean (nam te Latona datorem
Auxilii peperit) quod nunc quoque carmen in usu est.
Forte susurrarat clam Phoebi livor in aurem;
Non miror vatem, qui non mare versibus aequet.
Livorem contra pepulit pede Phoebus, & infit:
Assyrius magnam Euphrates vim volvit aquarum,
Et multa illuvie, foedaque it turbidus ulva.
Sed nec aquam Cereri e quovis sacra turba Melissae
Fonte petunt; ast illimi qui purus arena
Emicat, hinc summum delibat fontis honorem.
Salve Rex. Livor quo pestis dira facessat.

CAL-

CALLIMACHI HYMNVS III.

QVI EST IN DIANAM

INTERPRETE FRANCISCO FLORIDO SABINO.

Dianam [neque enim decet hanc transire canentes]
Dicamus, studiosam arcus caedisque ferinae,
Multiplicisque chori, & versantem in montibus altis.
Hinc orsi, patriis ut nata puella prehensis
Poplitibus, magnum sic est adfata Tonantem,
Virgineum decus aeternum da posse tueri:
Nomina multa, Pater, da, ne mihi certet Apollo.
Spicula praeterea concede, arcumque. pharetram
Non peto, non magnos arcus: (mihi namque sagittas
Cyclopes facient quamprimum, arcumque sequentem)
Sed lucem ferre, & genibus succingere vestem
Pulcram, prompta feras ut agrestes perdere possim.
Da teneras sexaginta Oceanitidas, omnes
Nonum annum natas simul incinctasque puellas.
Viginti Cressas nymphas mihi trade ministras,
Quae mihi, quum lyncas, quum cervos figere mittam,
Velocesque canes curent, pictosque cothurnos.
Da montes cunctos, atque urbem his adiice quam tu
Cumque voles: neque enim assidue versabor in urbe,
Montibus insistens: tunc invisam oppida tantum,
Quum pariens acres mulier vexata dolores
Senserit, auxiliumque petet: quando hoc mihi fatis
Concessum, ut gravidis Lucina vocantibus adsim.
Nam mea nec pariens, uteri neque pondera gestans,
Indoluit mater, nulloque enixa dolore est.
Haec effata, patris mentum tractare puella
Quum vellet, frustraque manus tendisset inanes,

Cessavit tandem. At videns pater annuit olli,
Demulcensque, inquit. Quoniam mihi talia divae
Editis, accensae zelum Iunonis & iras
Non assis facimus: referes quaecumque puella
Poscis, & a facili capies maiora parente.
Ter turrita decemque tibi tradam oppida, quae nec
Sacra deis aliis praeter te, neve deabus
Perficient, & Diana dicentur ab una:
Multas praeterea tibi designaveris urbes
Aut pelagi medio, aut amplae telluris, ubique
Vt tibi cum lucis arae sint, ipsaque custos
Portubus, & triviis bene sis nota. Haecce loquutus
Annuit. Illa patris nutu firmata, profecta est
Cretensem ad Leucum, cui densae in vertice sylvae:
Hinc petit Oceanum, & nymphas capit inde frequentes,
Nonum annum natas simul incinctasque puellas.
Caeratus exsultat fluvius: Tethys quoque natas
Dianae caras gaudet tribuisse ministras.
Mox duros Cyclopas adit, quos insula habebat
Quam Liparam appellant (Lipara haec nunc fertur, at olim
Dicta Meligunis) Vulcani incude rotantes
Candentem massam, atque urgentes magnum opus, ex quo
Neptuni fortes possent potare quadrigae.
Nymphae autem timuere, ingentia monstra videntes,
Ossaeis aequanda iugis: queis lumina cunctis
Torvis ardebant nimirum e frontibus, instar
Quadruplicis clypei: strepitusque incude refusus
Terruit insuetas, emissaque flamina vastis
Follibus: unde imis tota intonat Aetna cavernis,
Trinacria & Sicanûm sedes, vicinaque tellus
Italiae, ac magno Cyrnus tremefacta fragore.
At postquam in vacuas elatus malleus auras
Percussit stridens incurva forcipe ferrum,
Perque vices connixi id pulsavere Cyclopes.

Tum

Tum neque vos nymphae contra ſpectare, neque altum
Auribus attonitae valuerunt ferre boatum.
Nec mirum, ſi maiores aetate puellae
Divorum haud gaudent tales vidiſſe miniſtros.
Sic quum parva infans matri parere recuſat,
In gnatam vocat haec magno clamore Cyclopas,
Argen, vel Steropen. tunc e penetralibus unus
Exit Mercurius, carbonibus oblitus atris,
Qui parvam ſubito perterreat. Illa parentis
In gremium fugiens, palmis ſua lumina texit.
Tertius at tibi vix, o diva, acceſſerat annus,
Quum Latona ulnis te geſtans mater, adivit
Vulcanum, ut caperes pro pulcris munera ocellis.
Tu tamen horrendi reſidens in poplite Brontae,
Hirſuto duras capienſque e pectore ſetas,
Velliſti: ut pars nunc reſtet quoque glabra, neque ultra
Illas producat: veluti damnoſa capillos
Quum caput eſt aggreſſa hominis, populatur alopex.
Sumptis inde animis, ſacro ſic ore loquuta es,
Arcum Cyclopes mihi iam properate: pharetram
Ex humero nobis quae pendeat, atque ſagittas:
Latona quoniam ſum creta, ut Phoebus Apollo.
Quod ſi parva meos arcus fera ſcalerit, aut ſi
Maior contigerit, Cyclopibus eſca feretur.
His dictis opus exactum eſt: armataque diva
Continuo ad catulos verſa es, Panoſque Lycaei
Arcadicum limen, qui lyncem in fruſta ſecabat
Maenaliam, canibus foetis alimenta daturus.
Diſtinctique canes albo duo dantur ab illo,
Treſque tibi auripetae: varius tantum unus: eorum
Tergora ſi ſaevi cepiſſet quiſque leonis,
In ſtabulum vivum traheret. ſeptem Arcades iſtis
Adduntur, curſu ventos qui vincere poſſent:
Hinnuleos ut eis caperes, leporemque fugacem,

Hi-

Histricis aut cervi lustrum monstrantibus, atque
Cognita capreoli vestigia quaerere doctis.
Hinc digressa (canes aderant tibi) repperis alto
Parrhasii in montis tumulo salientia passim
Agmina cervarum (gratum tibi) quae prope ripas
Nigros volventis lapides pascuntur Anauri,
Tauris maiores : fulgebat cornibus aurum.
Quas adeo adspiciens, haec tecum corde volutas,
Conveniens nobis, si prima haec praeda feratur.
Harum (quinque aderant) magna levitate potita es :
Quatuor absque canum cursu, ut vehereris ab illis :
At quintam, fluvii Celadontis summa petentem
[Sic voluit Iuno, ut postremis Herculis acta
Frondibus ornaret) Carneus suscipit ingens.
Intermeans Tityum virgo, sunt aurea zona
Aureaque arma tibi : currus perfectus & auro est :
Aurea sunt, cervas queis frenas, diva, lupata.
Sed quonam primum te corneus abstulit axis ?
Aemum in Threicium, de celso vertice cuius
Horrifer inspirat Boreas mala frigora nudis.
Vnde tibi fax est concessa ? unde ignis ? Olympus
Mysus utrumque dedit : cui perpetuum iniicis ignem,
Decidit excelsi qualis de fulmine patris.
Flexus saepe tibi est argenteus arcus : & ulmum
Prima sagitta petit, quercum altera, tertia agrestis
Terga ferae : quartam emissam non accipit arbor.
Vrbem namque illa evertis, quae perdita, quique
Externum ac civem nullo discrimine vexant.
Heu miseri qui te iratam sensere, Diana.
Horum armenta lues rapit, inde pruina labores :
Cum senibus pereunt nati, muliebria necnon
Agmina seu percussa cadunt, seu dum fuga quaedam
Exercet, pariunt, nil rectum ut constet in illis.
Iam quos iucundo adspexisti & sidere amico,

Ter-

Terra ferax his est: augentur semper eisdem
Armenta, accrescunt & opes, neque tetra sepulcra
Vnquam adeunt, nisi quum domat illos tarda senectus.
Non genus absumit discordia, (dissipat aedes
Quae stabiles semper) quum mensa frequentius una
Pacatas inter se habeat socrumque nurumque.
Proinde mihi carus sit quem tu, diva, fovebis.
Isque utinam, regina, forem: mihi carmina semper
Suppeterent, queis te canerem, matrisque hymenaeos,
Et Phoebum fratrem: in primis tua praemia laudum:
Vt te ornent arcusque canesque, ut currus, ad ampla
Qui te conspicuam summi fert tecta Tonantis.
Tum te in vestibulis divûm turba excipit: arma
Tum tua desumit Cyllenius: hinc & Apollo
Ante feras capiebat (adhuc non astra tenebat
Strenuus Alcides) sed talia munera Phoebus
Liquerat. indefessus enim Tirynthius heros
Ante fores stabat, si praeda qualibet aucta
Pingue deis epulum ferres. risere sed illi
Cuncti adeo: ante alios risit Saturnia, quando
E curru ingentem taurum vel tolleret aprum,
Postremis pedibusque trementia tergora capri.
Alloquitur mox versutis sic te dea verbis,
Saevas sterne feras, miseris mortalibus ut sis
Qualis ego: ac lepores, capreas quoque per iuga pasci
Alta sine, ecquid enim capreae meruere, lepusque?
Culta sues vastant, plantisque virentibus obsunt,
Humano generi tauri: tu percute cuncta haec.
Dixit, deinde feram circumstetit, usque laborans.
Redditus Oeteo nam quamvis vertice divus,
Tanta erat ingluvie, quanta, quum scinderet arvum,
Occurrit Dryopum ductori Thiodamanti.
Ast Amnisiades cervas temone solutas
Depascique docent sub eo, sectumque triphyllum

E pra-

E prato magnae portant Iunonis eodem ,
Carpere quod memorantur equi Iovis alta tenentis :
Auratosque lacus lymphis felicibus implent ,
Gratior ut cervis potus sitientibus exstet .
Tu patris interea subiens tecta ampla , vocaris
Omnibus a divis , ad Phoebum at proxima flectis .
Quando erit ut nymphae dominam te diva coronent ,
Fundit ubi Inopus liquidas Aegyptius undas ,
Seu Pitanen iuxta (Pitane & tua) seu prope Limnas ,
Seu prope Alas Araphenidas , sedisti ubi quondam
Ex Scythia fugiens taurorum immitia sacra :
Nulla meae tunc arva boves proscindere tentent ,
Praesertim si ductet eas alienus arator ;
Languentes quoniam , demissaque colla ferentes
Reddentur stabulis : vel si Stymphalides essent ,
Nono anno terram vertentes : egregiae , inquam ,
Effodere alte agrum : choream quia Delius illam
Non transit , sed sistit equos currumque nitentem ,
Vt prospectet eam , & lucem sic prorogat almam .
Insula quae potior , qui mons tibi gratior , & qui
Arridet portus magis , atque urbs , quae tibi nympha
Ante alias placeat , tibi quaenam heroides adsint ,
Dic Dea tu nobis , alios eadem ipse docebo .
Insula grata tibi Doliche est , urbs Perga probatur ,
Et cum Taygeto Euripi secessus amoeni .
Namque unam e nymphis Gortynida dilexisti
Infestam cervis Britomartin , cuius amore
Accensus Minos erravit per iuga Cretae :
Sed nunc horrida eam quercus , nunc ulva palustris
Texit . at ille novem per menses cuncta petivit
Aspera quae loca sunt , quae impervia . nec tamen idem
Vnquam cessasset , nisi se haec misisset in aequor
Capta iugo e montis : piscantum retibus inde
Implicita , ut sic salva foret . quae causa Cydones
Im-

Impulit, ut nympham Dictynam nomine ferrent,
Dictaeum & montem, struerentque altaria, queis nunc
Reddunt sacra, recens sertum illa luce parantes
Pinu, aut lentisco: nam myrtum odere profanam.
Quando etenim ramus tunicae fugientis adhaesit
Myrteus, idcirco myrtus non cara Dianae est.
Te quoque, diva ferens lucem, cognomen eadem
Deductum a nympha Cretes sumpsisse loquuntur.
Cyrenem huc adiunxisti, cui munera donas
Ipsa, canes binos, venatu insigniter aptos,
Queis Peliae ad tumulum victrix erat illa futura.
Quin flavam Cephali uxorem mox Deionidae
In numerum adsciscis. necnon (si vera fatentur)
Non secus atque oculos pulcram Anticlean amasti.
Ferre sagittiferas namque hae suevere pharetras
Primae, arcusque leves, exertaque dextra gerentes
Brachia, nudatis in bella ruisse pupillis.
Post has Arcaside Iasio prognatam Atalantam
Dum spectas, recipis pernicem aprisque molestam:
Haecque canes agitare, & spicula mittere docta est.
Inde tuum Calydon quicumque invaserat aprum,
Laudibus ornavit meritam, palmaque, feraeque
Dentibus insignem Arcadiae mox reddidit illam:
Quam neque crediderim Hylaeum Rhoecumque furentem
Sub terra positos hostes damnare, sagittas
Mittentem. arguerent quoniam fixa ilia falsos,
Horum Maenalius quum fluxit sanguine vertex.
Urbibus ac domibus multis dea cognita salve,
Cognita Mileto: securus qua duce Neleus
Fecit iter, claras quum classe reliquit Athenas.
Chesias, Imbrasie, solio quae prima refulges:
Cui propriae navis clavum olim maior Atrides
In templo adfixit, ventos ut solvere velles,
Graiae quum puppes Troiana ad littora cursum

Dirigerent, Helenae accenſae Rhamnuſidos ira.
Cui Proetus poſuit duo templa, Puertia quorum
Altera habet (ſiquidem errantes per devia firmas
Virgineas turbas) ſtant Luſis altera: nam tu
Reddere manſuetas ſolita es dea caſta puellas.
Sic & Amazonides, belli ſtudioſa caterva,
Curva Epheſi poſuere tibi prope littora ſignum
Fagineo in trunco. tunc ſacris praeſuit Hippo.
Vpi aliae tibi, nam cunctae ſaliere libenter,
Armatae primum clypeis, latam inde per orbem
Pandentes choream; poſt haec & fiſtula nodis
Diſparibus compacta ſonans vocem edidit unam.
Nondum etenim hinnulei terebraverat oſſa (monente
Pallade) nec cervi quiſquam. vox advolat autem
Sardias, atque ſimul Berecynthia paſcua: quumque
Saltarent, ſtrepitum pedibus pharetriſque ciebant.
Dein ſtatuam circa fundata eſt maxima moles,
Lutea cui ſimilem non umquam aurora videbit,
Tot pollens opibus, poſt ſe ut Pythona relinquat.
Hanc tamen inſanus quondam eſt popularier auſus
Lygdamis, innumeris comitatus Cimmeriorum
Lactiphagûm turmis equitum, quos miſerat omnes
Boſporus, Inachiae dictus de nomine vaccae.
Ah rex infelix, quantum deliquerat. ipſe
Non erat in Scythiam rediturus: nullus eorum
Denique, qui curru preſſiſſent prata Cayſtri.
Semper enim ſuſpenſa Epheſi tua tela videntur.
Salve Munychie, portu praefecta, Pheraea.
Dianam ac ne quis contemnat, dicitur Oeneus
Illam aſpernatus certamina dura ſubiſſe.
Nullus ei iaculo certet, celerive ſagitta:
Conſtitit Atridae non parvo audacia. nullus
Spondeat innuptam divam ſibi: cuius & Otus,
Cuius & Oarion connubia dura petivit.

Neu

Neu choreas fugiat solemnes: scilicet Hippo
Non praeter lacrymas has aversata recessit.
Salve, diva potens, nostraeque ades optima Musae.

CALLIMACHI HYMNVS IV.

QVI EST IN DELVM

INTERPRETE NICODEMO FRISCHLINO.

QVando sacram tandem celebrabis carmine Delum,
Mens, Phoebi natale solum? sunt laudibus omnes
Cyclades, Aegaeo quae stant in marmore sacrae,
Eximiae: at primas a musis inclyta Delus
Postulat, abstersit quod natum prima patronum,
Cunisque involvit, divosque adolevit honores.
Vt Musae oderunt vatem Pimplea tacentem
Antra, ita Phoebus eum qui Deli nomina transit.
Delum nunc igitur versu memorabo, vicissim
Vt me Phoebus amet, memorem telluris alumnae.
Illa immota iacet, ventis licet aspera & undis,
Tritaque plus mergis, quam praepetis ungue caballi:
Insula, fulta mari, & spumans aspergine circum,
Quam tumidà Icarii detergunt flumina ponti.
Piscantum nunc turba tenet, gens strenua remis.
At nemo invideat praeferri carmine Delum.
Donec in Oceano, donec Titenide Tethy
Insulae erunt, semper praecesserit omnibus illa.
Pone illam Phoenissa movet vestigia Cyrnus,
Haud agro sterili: piscosaque Macris Abantum,
Sardiniique sinus, & quam super alta natavit
Cypria, pro scala conservans nautica eamdem.

Illae equidem fierent munitae turribus omnes,
Sed Delus Phoebo. quid septo firmius isto?
Saxa quidem & lapides sternuntur ab impete quondam
Strymonii Boreae: Deus inviolabilis usque est.
Tantus, Dele, tuam patronus circuit oram.
At quum multa tibi recitentur carmina vatum,
Te quibus involvam? tua quidnam audire voluptas?
An loquar ut primum magnus deus ense trisulco
Concutiens iuga, quem fabri struxere Sicani,
Absciderit ponto terras, omnesque deorsum
Moverit ex imo, pelagique immerserit undis?
Ille quidem reliquas fundo firmavit in imo,
Terris avulsas: sed te vis nulla tenebat,
Liberaque errabas pelago: sed tum tibi nomen
Asterie fuit, in fossam quod caelitus altam
Incideris, fugiendo Iovem, ceu fulgidus aster.
Nec prius es sacro Delus cognomine dicta,
Quam Latona tuum profugo pede limen adivit.
Saepe alta Troezene viri, qua regia Xanthi est:
Tendentes Ephyram, prope littora curva Saronis
Conspexere; Ephyrae solventes littore rursum,
Non videre ultra: sed tu tum forte meatum
Euripi intraras, streperis qua labitur undis.
Hinc mox Chalcidici linquens freta caerula ponti,
Spumea Cecropii renatasti ad littora Suni,
Aut Chion, aut veteris perfusa cacumina lymphis
Parthemae (nondum fuerat Samos) heic ubi nymphae
Te patris Ancaei Mycalesides exceperunt.
At quum prima solum Phoebo natale dedisti,
Haec tibi retribuit gratus cognomina nauta,
Quod iam non obscura nates, sed fluctibus altis
Aequoris Aegaei radices egeris imas,
Nil metuens iram Iunonis, quae simul omnes
Prole Iovem patrem facientes duriter odit:

La-

Latonam in primis, puerum paritura quod eſſet
Sola Iovi, caro potiorem Marte parenti.
Ergo illam caelo ſpeculans obſervat ab alto,
Infandumque premens, preſſamque doloribus aegris,
A partu prohibens. cuſtodes inſuper illi
Additi erant gemini: quorum Mars vertice ſummo
Threicii inſiſtens Aemi, circumdatus armis
Obſervat crudus. longo munita receſſu
Texerat interea Boreae ſpelunca caballes.
Altera, terrarum quas ſeparat Amphitrite,
Cuſtos, Iris erat, ſpeculamque Mimante tenebat.
Quaque iter at Latona ſuos paritura gemellos,
Arcebant, ſedemque illi toto orbe negabant.
Arcadia hanc fugit, fugit mons inclytus Auges
Parthenius: fugit retro ſenis unda Phenaei:
Fugit & ora omnis Pelopis, quanta adiacet Iſthmo,
Argos, & Aegialum prope; nam dea territa non hac
Tranſiit, Inachiis quia Iuno inſederat undis.
Fugit & Aonie curſu uno, ipſamque ſequutae
Dirceque & Strophie, lapidoſi brachia haventes
Iſmeni patris: quum tarde Aſopus & ipſe
Pone ſequebatur, rapido quia fulmine tactus.
At Melie feſtas ſuſpendens nympha choreas,
Horruit infelix, totoque expallnit ore,
Moeſtaque pro veteri ſingultat ilice, metam
Vt vidit Helicone comam. Mihi dicite Muſae
Sintne una Dryades vere cum quercubus ortae.
Nymphae equidem laetae, quum quercus imbre rigantur:
Nymphae iterum triſtes, ubi quercus frondibus orbae.
His igitur latitans utero ſuccenſuit ipſe
Phoebus, & eſt Thebis non vana voce minatus:
Theba, quid infelix tibi cladem inſtare cruentam
Arguis? invitum ne me ad praeſagia cogas.
Nondum Pythonis tripodes, nec limina curae:

Non-

Nondum etiam ſerpens iacet . atqui e flumine Pisti
Bellua prorepens immani corpore cingit
Parnaſum , ſinuatque novena volumine terga .
Sed tibi iam lauri verbum ſit acutius illud
Indicio : fuge . tincturus nam ſanguine telum
Mox adero : tibi enim blaſphemae pignora matris .
Non mihi tu nutrix tellus , non alta Cithaeron .
,, Sancti me curant , ſanctos ego curo viciſſim .
Haec ait , & greſſus illinc Latona tetendit .
Quumque illam eiicerent venientem gentis Achivae
Moenia , Taenario urbs Helice gratiſſima divo ,
Dexamenique olim Oeniadae ſacra Bura bubile ,
Theſſaliam convertit iter : ſed fugit Anaurus ,
Et Lariſſa ingens : fugit Chironia rupes ,
Fugit Peneus per Theſſala Tempea flexus .
Nec dum , Iuno , tuum ſatiaras effera pectus ,
Nec fracto es miſerata animo : quum nympha lacertos
Suſtulit , & tali nequidquam voce precata eſt :
Nymphae Theſſalides , fluvii ſtirps , dicite patri
Fluctum compeſcat tumidum : barbamque precantes
Mulcete , ut partu liceat Iovis edere prolem .
O Penee , Notos quid nunc Phthiota laceſſis ?
Non tibi victoris , pater , ora regenda caballi .
Anne pedes celeres ita ſunt tibi ſemper ? an ullo
Noſtri odio tantum properant ? hodiene volucres
Feciſti ſubito ? ſed ſurduit . o onus ingens ,
Quo fero te ? languent toto mihi corpore nervi .
Pelion o Philyrae limen ſponſale , reſiſte ,
Siſte gradum : quando & partus in colle dolores
Saepe tuo crudos ſaevae poſuere leaenae .
Ergo illi haec lacrymis retulit Peneus obortis :
O dea , vis fati eſt ingens dea . namque dolores
Non ego , nympha , tuos renuo : qui fluvio novi
Plurima quod noſtro ſit leta puerpera : ſed me

Aspe-

Aspera Iuno minis terret. tu respice quantus
Monte hoc consistat speculator: vertat hic imo
Me facile ex fundo. quid moliar? anne perire
Peneum sit dulce tibi? sed eat mihi lux haec
Fatalis: patiar te propter, si quoque noster
Alveus aeternum siccandam amiserit undam,
Simque ego temnendus fluviis ex omnibus unus.
En me. quid superest? solum Lucina vocetur.
Dixit, & immensos fluctus retraxit. at hostis
Pangaei Mavors avulsa cacumina montis
Iniecturus aquae, & fluvium tecturus amoenum,
Desuper increpuit, scutumque tricuspide ferro
Perculit. illa sono ingemuit, monsque Ossa tremore
Horruit, & Cranonis ager, Pindique sonori
Secessus, validoque omnis concussa pavore
Thessalie: tantum mota arma dedere fragorem.
Ceu quando horrisonis mons intonat Aetna cavernis,
Eructatque globos flammarum & saxa sub auras,
Quum fessum Briareus mutat latus: intremit atra
Forcipe Vulcani eiectus fornacibus ignis,
Et gemitus operae attollunt, stridentque lebetes
Flammivomi, & tripodes collisae horrentque tonantque.
Haud minor armorum & duri fragor editus aeris.
Non tamen abscessit Peneus, sed velut ante
Constitit immotus, cursumque repressit aquarum.
Donec eum Latona vocans, Serva (inquit) amice,
Serva te: ne quid tali me propter acerbi
Pro pietate feras. aderit tibi gratia quondam.
Sic ait, & pelagi, multo prius acta labore,
Hospitium quaerit, sed pellitur insula ab omni.
Non illam portu dignantur Echinades amplo,
Nec Corcyra capit, quantumvis hospita tellus.
Callida namque Iris celso speculata Mimante
Omnibus eiecit: sed & has metus acer agebat,

Terribilesque minae, ne quam deprenderet Iris.
Venit & in veterem Coae Meropeidis terrae,
Stant ubi Chalciopae sacrata heroidis antra.
Sed puer ex utero matri tum dixit eunti:
Ne parias heic me, genitrix, licet insula non sit
Haec invisa mihi: nam dives & ubere gleba est.
Sed Deus huic alius fatis debetur ab altis,
Cara deûm soboles: cuius sub regia iura
Sponte sua venient mediae latissima terrae
Climata, quaeque iacent altis in fluctibus arva,
Quaque patent ortus, & qua se gurgite fessi
Solis equi tinguunt. mores sciet ille parentis.
Quin etiam socus olim pugnabimus armis:
Tempore quo Graiis Celtae fera bella movebunt,
Barbaricum urgentes Martem, violenta gigantum
Posteritas, quondam Hesperus toto orbe remotis
Adfluxura plagis, hybernae grandinis instar,
Aut stellis similes, quum plurimae in aethere fulgent.
Moenia Locrorum, vicique, & Delphidis altae,
Ruraque Crissaea, & mediae lata oppida terrae,
Lamentisque frement, cernentque ardescere fructus
Finitimi ruris. nec fama incerta vagatur:
Sed iam promiteant circum mea templa phalanges
Celtarum, tripodesque meos iam cinxerit ensis
Hosticus, & lato crudelis baltheus orbe,
Scutaque densa virûm, Gallo eventura furenti
Exitio. nam pars clypeûm mea praeda futura est:
Pars gerulos visura suos mox igne cremari,
Ad Nilum venient, Ptolemaeo praemia regi
Danda laborifero. tibi enim, Ptolemaee, futura
Vaticinor. vatem tu nunc in ventre latentem
Olim laudabis. Tu vero ades optima mater:
Insula clara maris quaedam supereminet undis,
Errabunda, pedesque loci statione movetur,

Ac

Ac mere aliubi renatat circumflua ponto.
Hinc Notus, inde Eurus partes impellit in omnes.
Huc age me portes: erit haec tibi promptior ora.
Dixerat, atque omnes cedebant aequore terrae.
Asterie, Euboicis tu tunc egressa fluentis
Cycladas intraras. nec te vetus alga natantem,
Alga sequebatur vicino nata Geraesto.
Iamque mari in medio steteras, nymphaeque miserta
Algam exussisti simul omnem, totaque flammis
Ardebas, miseramque videns aegramque dolore:
Iuno, fac quodcumque voles. nam non ego vestras
Curo minas. huc huc ades, huc ades, optima nympha.
Dixisti. infando simul illa errore levata est,
Adseditque vadis Inopi, uberrimus undis
Qui scatet, Aethiopum quando de vertice Nilus
Praecipiti exundans torrenti flumine fertur.
Et zonam solvit, cubitoque innixa resedit
Ad palmae truncum, immensos perpessa labores:
Ac gelidus toto manabat corpore sudor.
Tandem suspirans, Quid, ait, me parvule torques?
En tibi quae ponti tellus circumnatat undas:
Nascere, parve infans, utero & feliciter exi.
Iuno Iovis coniux, tu vero haud inscia facti
Esse diu poteras: talis tibi nuntia venit,
Mistaque suspirans retulit formidine verba.
Iuno deas inter reliquas dignissima cunctas,
Omnia cui parent, cui pareo & ipsa: polumque
Quae regis imperio, quam praeter nulla veremur
Numina divarum: tu caussam noveris irae.
Insula in hac solvit Latona puerpera zonam:
Quamque aliae pepulere omnes, quam nulla recepit,
Hanc sola Asterie venientem insana vocavit,
Asterie, viles scopae maris, ipsa uti nosti.
Quare age (quum possis) fer opem, dea maxima, servis,

Qui terras peragrando omnes tua iussa capessunt.
Dixit, & aurato solio subnixa resedit:
Ceu quondam catulus, venatu ubi forte Diana
Fessa redit, iuxta recubat vestigia, & aures
Subrigit, hortamen Phoebes audire paratas:
Sic tum clara throno insedit Thaumantias alto.
Illa sui solii non obliviscitur umquam,
Non si Lethaeam somnus suffulserit alam:
Sed caput obliqua sublime in sede reponit,
Et somnum parvo durantem tempore ducit:
Nec zonam removet, celeres nec corpore solvit
Endromidas: verbis ne castigetur amaris.
At Iuno indomito retinens sub pectore bilem,
Siccine probra Iovis, furtim coëatis, & usque
Sic furtim pariatis? ait, non heic ubi matres
Difficili reliquae partu torquente laborant,
Sed qua speluncis phocae enituntur in atris.
Sed tamen Asteriae culpam haud succenseo ob istam:
Nec fas ut tantillo odio pro talibus ausis
Persequar, immeritae quae fecit grata sorori.
Imo etiam veneror, quod nostrum adscendere lectum
Noluit, antetulitque Iovi fera flumina ponti.
Sic ait, & suavi modulantes gutture cygni
Maeonium liquere amnem, circumque volarunt
Terque quaterque sinum Ortygiae, cantusque dedere
Musarum volucres, argutae vocis olores.
Inde lyrae nervos tot postea fecit Apollo,
Partifico quoties cygni accinuere dolori.
Necdum cantarunt octavum, & natus Apollo est.
Deliades etiam, fluvii stirps, sacra sonabant
Carmina Lucinae: quum totus inhorruit aether,
Ingentemque fragore dedit resonans ululatum.
Nec Iuno invidit: nam Iuppiter expulit iram.
Aurea tum tibi sunt fundamina, Dele, locata:

Au-

Auro curva palus hac fluxit luce corusco:
Auricomas natale solum portavit olivas:
Auro devolvit plenas Inopus arenas:
Ipsa quoque aurata puerum tellure levatum
In gremium nutrix posuisti, ac talia fata es:
O magna, o multis aris atque urbibus aucta,
Et terrae pingues, & vos maris insulae iniqui:
Illa ego sum tellus, cultu aspera: sed tamen a me
Delius ille feret cognomen Apollo, nec ulla
Terrarum cuiquam fuerit tam grata deorum:
Non sua Neptuno Cenchris celebrata Lechaeo,
Non sua Mercurio Cyllene, aut Creta Tonanti,
Quantum ego Latoidae. nec post errabo per undas.
Haec ita dixisti, sed is ubera blanda trahebat.
Tempore iam ex illo cunctis tu sanctior oris
Diceris, & Phoebi nutrix. nec bellica Enyo,
Nec Pluto, nec Martis equi tua limina pulsant,
Sed tibi primitiae dantur decimaeque quotannis,
Exercentque choros latae cuncta oppida terrae,
Quaeque habitant ortum, quae occasum, quaeque diei
Fervida sorte tenent medii loca, quaeque Boraei
Littoris arva colunt, multos gens viva per annos.
Primi illi calamos portant sacrosque maniplos
Spicarum: vigiles quos e Dodone Pelasgi
Egressos longe excipiunt, gens dura, sonoros
Pellibus in stratis solita observare lebetes.
Inde sacram veniunt urbem, montesque petrosae
Melidis. hinc laeti terrae advertuntur Abantum,
Qua campus floret Lelantius. haud procul inde
Cursus ab Euboea. nam proximus est tibi portus.
Primae hos portarunt a flavicomis Arimaspis
Vpis & insignis Loxo, vivaxque Hecaerga,
Filiolae Boreae: quas est comitata iuventus
Optima, nec patrias illi rediere sub oras:

Felices animae, nec fama obscura recondit.
Deliadesque illis, Hymenaeus quando sonorus
Virgineos terret mores, hoc tempore libant
Caesariem; at pueri primam lanuginis herbam
Solvunt primitias iuvenum pro more sepulcris.
Asterie, circum te ambitae fluctibus orbem
Efficiunt terrae, & circumdant more choreae
Nequaquam tacitam, sed enim tua limina serus
Adspicit assiduo vesper circumdata cantu.
Nam Lycii numeros recinunt senis ore puelli,
Quos sacer a Xanthi produxit fontibus Olen.
At pede saltantes feriunt tua rura puellae.
Tunc etiam sertis oneratur sacra vetustae
Cypridis effigies, posuit quam Theseus olim
Cum pueris, Cretae quando fuit orbe reversus.
Namque ubi mugitum horribilem fugere, bovemque
Pasiphae, & flexos labyrinthi ambagibus arcus,
Dele, tuam circa saltarunt molliter aram,
Dante modos chely, & Aegida ducente choream.
Inde sacram aeterna rem nave Theoride Phoebo
Cecropidae mittunt, Theseae carbasa puppis.
Asterie, multis aris, & laudibus aucta,
Nave quis Aegaeo te praeterit institor alto?
Non illum tanto propellunt flamine venti,
Quum lucrum accelerat velocia carbasa. sed mox
Vela remiserunt, nec sunt prius inde reversi,
Quam percussa ierint tua circum altaria plagis:
Atque oleae ramo, manibus post terga reductis,
Intulerint morsus. docuit sic Delias olim
Hos, puero risum, ludos agitare, cientes.
Salve sacra domus, salve cultissima tellus.
Salve Phoebe potens, & quem Latona creavit.

CALLIMACHI HYMNVS V.

QVI EST IN LAVACRVM PALLADIS

INTERPRETE ANGELO POLITIANO.

ITe foras agedum, quaecumque liquentibus undis
Membra lavaturae Pallados, ite foras.
Ipsa venit: fremitus sacrorum audimus equorum:
Ite agedum flavae o ite Pelasgiades.
Non prius ingentes lavit sibi diva lacertos,
Ilia quam absters it pulvere cornipedum:
Nec tum quando armis multa iam caede cruentis
Venit ab iniustis horrida terrigenis.
Tum quoque equûm subducta iugis fumantia colla
Perfudit largi fontibus Oceani,
Dum sudor, guttaeque putres, dumque omnis abiret
Spuma oris circum mansa lupata rigens.
Ite o Achivae. Sed non unguenta aut alabastros
(Audio certe ipsum stridulum ab axe sonum)
Palladi, lotrices, non unguenta aut alabastros
(Nulla etenim divae huic unguina mista placent)
Ferte, nec huic speculum. vultu est pulcherrima semper.
Nam nec in Ida olim, iudice sub Phrygio,
Se vel orichalco magna haec dea, vel Simoëntis
Spectavit quamquam vertice perspicuo,
Nec Iuno: sed sola Venus se splendido in aere
Vidit, eamdem iterum disposuitque comam.
Bis sexaginta spatiis verum incita cursu,
Stellae apud Eurotan ceu Lacedaemoniae,
Perfricuit tantum pingui se diva liquore
De baccis, arbor quem sua protulerat.

O pue-

O puerae, emicuit rubor ilico, matutina
  Quem rosa, quem grano punica mala ferunt.
Ergo marem nunc tantum olei quoque ferte liquorem,
  Quo se ungit Castor, quo Amphitryoniades.
Ferte etiam solido ex auro, quo pectine crines
  Explicet, & pinguem caesariem dirimat.
Exi age iam o Pallas: praesto tibi virgineus grex,
  Natae magnorum carus Acestoridûm.
O Pallas, quin iam clypeus Diomedis & ipse
  Fertur, ut Argivûm mos vetus obtinuit.
Eumedes docuit, meditans tibi grata sacerdos,
  Quum in se composito cerneret interitu
Ire malam sortem. fugit quippe ille, tuamque
  Ad montem Crion substulit effigiem:
Ad montem Crion. tum abruptis imposuit te
  Cautibus, hasque vocant nunc quoque Pallatidas.
Exi age quae expugnas urbes, cuique aurea cordi
  Cassis, equûmque fremor, cum sonitu clypeûm.
Vos hodie undiferae ne tinguite, vos hodie Argos
  Fontibus ex ipsis, non fluviis bibite.
Vos hodie ancillae ferte urnas ad Physadeam,
  Aut ad Amymonen, progeniem Danai.
Namque auro, & multis permistus floribus undas
  Defluet e laetis Inachus ipse iugis,
Et purum feret huic laticem. Cave tu ergo Pelasge,
  Ne nudam imprudens adspicias dominam.
Adspiciet nudam qui Pallada, quae tenet urbem,
  Vltra iam hoc Argos cernere non poterit.
Iam veneranda exi Pallas, dum quiddam ego istis
  Dicam, nec meus hic sermo, sed alterius.
Vnam olim, o puerae, Thebis dea Pallas amabat
  Nympham prae cunctis quas habuit comites,
Matrem Tiresiae. numquamque fuere seorsum:
  Sed sive ad veterum moenia Thespiadûm,

Sive Coroneas , seu tenderet illa Haliarton ,
Boeotûm visens vecta iugis populos ,
Sive Coroneas , (ubi pulcer odoribus halat
Lucus , ubi ara ipsi Curalium ad fluvium)
Saepe illam curru secum dea vexit eodem ,
Nullaque nympharum colloquia , aut thyasi
Grata fuere satis , nisi praesoret ipsa Chariclo .
Verum & ei multae debitae erant lacrymae ,
Quamvis cara comes magnae foret usque Minervae .
Nam se olim peplis utraque depositis
Dum lavat in lymphis Heliconidos Hippocrenes ,
Vtque die vacuus mons tacet in medio :
Dum lavat ergo utraque , & mediae sunt tempora lucis ,
Dumque est in toto plurima monte quies ,
Tiresias unus canibus comitantibus ibat
Per loca sacra , levi flore genas nitidus ,
Immensamque sitim cupiens relevare , petito
Fonte , videt quae non cernere fas homini .
Heic irata licet sic illum adfata Minerva est ,
Quis te non ullis iam rediturum oculis ,
O Everida , malus haec deus in loca duxit ?
Sic ait : at pueri lumina nox pepulit .
Adstitit , obticuit , dolor illi ut glutine vinxit
Genva , sonum tenuit vocis inops animus .
At nympha exclamans : Quid nato , ait , o dea , factum est ?
Numquid vestra , deae , talis amicitia ?
Lumina mi pueri rapuisti , pectora nate
Vidisti infelix Pallados , iliaque :
At non & solem cernes iterum . heu misera , o mons ,
O Helicon rursum non peragrande mihi .
Magna nimis parvis mutas , quae lumina nati
Pro cervis paucis dorcadibusque habeas .
Sic puerum ambobus carum complexa lacertis
Mater , flebilium carmen aëdonidum

Triste gemens iterat. sed enim miserata Minerva
Tunc sociam, verbis talibus adloquitur:
Dia, inquit, mulier, verte haec quae protulit ira.
Non per me captus luminibus puer est.
Nam pueris auferre oculos haud dulce Minervae,
Verum Saturni legibus haec rata sunt,
Vt quicumque deum adspiciat, nisi iusserit ipse,
Mercede ingenti scilicet adspiciat.
Dia igitur mulier, fieri haec infecta nequit res.
Quippe ita Parcarum fila voluta manu,
Editus ut primum puer est. sed tu accipe contra
O Everida, quod maneat pretium.
Munera Cadmeis proh quanta adolebit in ignes,
Quanta & Aristaeus, votaque suscipient,
Natus ut impubes Actaeon unicus illis
Tantum oculis careat: namque erit & Triviae
Concursor: sed non cursus, non aemulus illum
Tela arcus iaciens montibus eripiet,
Quum divam (licet invitus) se fonte lavantem
Viderit: at fiet, qui modo erat dominus,
Esca suis canibus. Sed enim nemora omnia lustrans
Dum genitrix nati colligit ossa sui,
Tunc te felicem, tunc dixerit esse beatam,
Cui mons vel caecum reddiderit puerum.
Parce queri, mea grata comes: nam plurima contra
Huic ego te propter praemia contribuam.
Esse dabo egregium vatem, quem protinus omnis
Perpetuo celebret nomine posteritas.
Cognoscet volucrum quae prospera, quaeque volatu
Irrita: cuius item triste sit augurium.
Plurima Boeotis oracula, plurima Cadmo
Hic canet, & magnis plurima Labdacidis.
Huic ingens baculum dabo, quod vestigia ducat
Qua velit: huic vitae tempora longa dabo.

Mox

Mox & honoratus Diti colet infera regna,
Inter & exstinctos unicus hic sapiet.
Adnuit his Pallas dictis: quodque adnuit illa
Perficitur: soli Iuppiter hoc tribuit
Natarum e turba, quae sint patris omnia ferre.
Lotrices, mater nulla deam peperit:
Immo Iovis vertex. vertex Iovis omnia nutu
Perficit, & natae prorsus idem licitum est.
En vere nunc Pallas adest. Eia ergo puellae,
Queis Argos curae est, ite, deam accipite,
Cumque bonis verbis, & cum prece, cumque ululatu.
Salve, o diva, urbem protege & Inachiam.
Salve hinc abscedens, iterumque huc flecte iugales,
Ac rebus Danaûm sis precor auxilio.

CALLIMACHI HYMNVS VI.

QVI EST IN CEREREM

INTERPRETE BONAVENTVRA VVLCANIO.

FEmineae calatho iam descendente catervae
Acclament: Salve alma Ceres, dea farris abundans.
Dum calathus descendit, humi spectate profani.
Desuper hinc nemo, aut tecti de culmine cernat,
Sive puer, mulierve, comam vel sparsa fluentem,
Ieiuno aut siccam unde excernimus ore salivam.
Hesperus hoc veniente caput nube extulit alta.
Hesperus ut biberet solus persuasit, anhelans
Dum raptae obscura insequitur vestigia natae.
At qui te, dea, ferre pedes potuere remotum
Solis ad occasum, Aethiopesque, ubi & aurea mala?

V *Non*

Non tibi tum potusve cibive, aut cura lavacri
Ulla fuit. ter sunt Acheloi fluminis undae,
Ter tibi quotquot erant late superata fluenta,
Ter pulcram properis petiisti passibus Ennam,
Ter puteum prope Callichorum, dea, subsedisti,
Tosta calore, illota, fameque, sitique satiscens.
Ne memorem lacrymas divae quod movit acerbas;
Pulcrius, ut populis leges praescripserit aequas:
Pulcrius, ut culmos gravibus praecidit aristis
Prima, sacrosque dedit bobus calcare maniplos,
Triptolemo monstrante viam, & bona principia artis.
Pulcrius, ut (moniti discant non temnere divos)
Dira fames Erysichthonios turpaverit artus,
Non Cnidiam, sed Dotium adhuc habitante Pelasgo:
Heic tibi lucus erat pulcer, multa arbore densus,
Aegre quam volucris poterat penetrare sagitta;
Non pinus desitve pirus, non aëria ulmus,
Non glycymela; latex scatebris manabat, electro
Purior. huius amor divam sic ceperat, ut nec
Enna magis, Triopumve esset, dilectave Eleusin.
At quum Triopidis factum est male numen amicum,
Tum mentem diros Erysichthon solvit in ausus.
Ergo bis denos armare securibus olli
Stat rabies famulos, aevo florente, gigantes,
Non homines, urbemque pares evertere totam.
Hi propere in lucum sacrum tibi, diva, feruntur.
Populus aethereas ingens surgebat in auras,
Quam subter fervente die ductare choreas
Nymphae consuerant; haec prima bipennibus icta
Infaustum reliquis sonitum transmisit, & ipsa
Sensit diva sui gemitum dare robora luci,
Indignansque, Quis haec temerat sacra ligna securi?
Dixit, & extemplo vultus imitata Nicippes,
Publica quae tum urbis curabat sacra sacerdos,

Serta manu atque papaver habens, suspensaque clavem
Ex humero, blando sic mitigat ore scelestum:
Parce puer, diro caedens sacra robora ferro,
Parce puer, caro soboles dilecta parenti;
Parcito, crudelesque manus averte tuorum,
Ne Ceres ob laesum luci indignetur honorem.
Torva sed hanc advorsum Erysichthon lumina torquens,
Ceu Tmario cernens venantem monte leaena
Crudipara (immanis namque huic truculentia vultus)
Cede, ait; in pectus valida haec impacta securis
Ne tibi eat: latum ista struent mihi robora tectum,
Sub quo grata epulans sociis convivia didam.
Dixit; at extemplo Nemesis mala verba notavit.
At Ceres inflammata ira, dea facta repente est,
Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.
Semineces famuli trepidant, visaque repente
Diffugiunt diva, ferrumque in cortice linquunt.
Mox dea, dimissis aliis quos iussus herilis
Egerat in facinus, dirum his Erysichthona verbis
Insequitur: Iam celsa canis, canis exstrue tecta
Queis epulere; epulae deinceps tibi namque frequentes.
His dictis, miserum poena multavit acerba,
Terribilemque famem tetros immisit in artus,
Flagrantem, immanem: tabes est tetra medullas;
Quoque magis vorat, hoc plus aestuat ardor edendi.
Bis deni huic epulas, bis seni vina ministrant.
Nam Ceres & Bacchus culpa laeduntur eadem,
Et tantam atque Ceres, Bacchus conceperat iram.
Iamque nec ad coenam, aut convivia mittitur ulla;
Quippe vetat pudor; & quaevis praetexitur ansa.
Ergo ad Itoneae dum invitant festa Minervae
Ormenidae, negat esse domi male conscia mater.
Natus, ait, meus hinc Cranonem hesternus abivit
Centum exacturus debentur qui sibi tauros.

Venit & ad thalamos quos apparat Actorioni
Officioſa vocans Triopam, natumque Polyxo;
Maeſta cui coniux lacrymis reſpondit obortis
Venturum Triopam. aſt Eryſichthona per iuga Pindi
Laeſit aper; lux haec ter tertia decumbenti eſt.
Quae non ſaevus amor miſerae mendacia matri
Suggerit? Eſt epulum cuiquam? peregre eſt Eryſichthon.
Hic ſponſam ducit? laeſere Eryſichthona diſci;
Lapſus equo eſt, armentave in Othrye cuncta recenſet.
Ille ſed interea tecti penetralibus haerens
Perdius, immenſos ſtomacho demittit acervos;
Et quo plus edit, eſuries eſt corpore maior.
Ac velut in vaſtae fauces demiſſa Charybdis,
Incaſſum ſubeunt ingrata cibaria ventrem:
Vtque Mimante nives, ut cera in ſole liqueſcit,
Sic tabes aegros liquat artus. arida donec
Oſſa rigent nuda cum nervis obſita pelle.
Flet mater, geminaeque altum gemuere ſorores,
Et cara ante alias nutrix, denaeque miniſtrae.
Ipſe manus Triopas canos immane laceſſens
Talia Neptuni ſurdas fert murmura ad aures:
Haeccine, pſeudopater, cari eſt tibi cura nepotis?
Namque tuus Canaceſque ego natus: tertius ex me
Hic miſer eſt; telis utinam ſed Apollinis icto
Extremum tumuli mea dextra dediſſet honorem.
At nunc tetra fames cava regnat tempora circum.
Ergo leva diro miſerum morbo, aut alito ipſe;
Tota etenim eſt exhauſta penus, menſaeque; nec ullus
Iam quadrupes ſtabulis ſupereſt, vel ovilibus amplis;
Nulla coquis etiam ſuperant quae fercla miniſtrent.
Iam vacui mulis currus; iam bos quoque abivit
In ventrem, Veſtae ſacrum quem mater alebat;
Martius hinc ſonipes multo certamine victor;
Ipſa etiam felis terrorem muribus addens.

Dum

Dum reliqua in Triopae laribus res ulla maneret ,
Conſcia ſola mali domus , & privata fuerunt
Tecta ; ſed infeſtus poſtquam omnia corripuit deus ,
Publica decumbens ad compita regia proles ,
Putida poſcebat reiectamenta popinae .
Ne mihi , ne mihi , quem Ceres odiſti , ſit amicus ,
Non ſocius tecti , mala mî haud vicinia cordi eſt .
Dicite iam innuptae , voſque acclamate maritae ,
Salveto alma Ceres , ſalve dea frugis abundans :
Vtque iſtum niveae calathum vexere quadrigae ,
Sic pulcrum dea ver nobis , meſſemque reducet ,
Autumnumque , hiememque , alium & ſervabit in annum .
Vtque caput nudi atque pedes procedimus urbe ,
Sic non ulla pedes infeſtent damna caputve .
Vtque caniſtrigeris auro ſunt plena caniſtra ,
Sic nobis dono Cereris large adfluat aurum .
Ad prytanea urbis divam comitarier uſque
Fas rudibus ſacrorum . aliae queis grandior aetas
Sexaginta annis , & quae tibi brachia tendens
Poſcit opem , Lucina , tuam premiturque dolore
Non ultra quam genua ferent . dabit hiſce benigna
Cuncta Ceres , ſacroque ſinet ſuccedere templo .
Salve magna Ceres : duce te concordia felix
Proſperitaſque iſta fac duret amabilis urbe .
Omnia agro matura refer : fove oveſque boveſque ;
Da ſegetem , meſſemque bonam ; pacemque tuere ,
Vt qui conſevit , metat idem ipſe arva colonus .
Adſpice me pariter facilis , regina dearum .

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ
ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ
ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ

CALLIMACHI
CYRENAEI
EPIGRAMMATA

EX

RECENSIONE ET EMENDATIONE

ANG. MAR. BANDINI.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ
ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ
ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

α'.

Ξεῖνος Ἀταρνείτης τις ἀνείρετο Πιττακὸν οὕτω
 Τὸν Μιτυληναῖον, παῖδα τὸν Ὑῤῥαδίου.
Ἄττα γέρον, δοιός με καλεῖ γάμος. ἡ μία μὲν δὴ
 Νύμφη ϗ πλούτῳ ϗ γενεῇ κατ' ἐμέ.
Ἡ δ' ἑτέρη προβέβηκε. τί λώιον; εἰ δ' ἄγε σύν μοι
 Βούλευσον, ποτέρην εἰς ὑμέναιον ἄγω.
Εἶπεν. ὁ δὲ σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον, ἀείρας,
 Ἠνίδε, κεῖνοί σοι πᾶν ἐρέουσιν ἔπος.
Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες
 Ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ.
Κείνων ἔρχεο, φησὶ, μετ' ἴχνια. Χὠ μὲν ὑπέστη
 Πλησίον. οἱ δ' ἔλεγον, Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.
Ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος ἐφείσατο μείζονος οἴκου
 Δράξασθαι, παίδων κληδόνι συνθέμενος.
Τὴν δ' ὀλίγην ὡς κεῖνος ἐς οἶκον ἐπήγετο νύμφην,
 Οὕτω ϗ σύ γ' ἰὼν τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

β'.

Εἶπέ τις, Ἡράκλειτε, τεὸν μόρον· ἐς δέ με δάκρυ
 Ἤγαγεν, ἐμνήσθην δ' ὁσσάκις ἀμφότεροι
Ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν. ἀλλὰ σὺ μέν που
 Ξεῖν' Ἁλικαρνησσεῦ τετράπαλαι σποδιή·

Αἱ

CALLIMACHI
CYRENAEI
EPIGRAMMATA.

I.

Hoſpes Atarnaeus quaerebat Pittacon olim,
Quem Mitylena ſatum protulit Hyrradio :
Sancte ſenex, me bina petunt connubia : virgo
Vna mihi par eſt & genere atque opibus :
Altera vincit utroque. quid heic conſultius? ede,
Quae potius noſtro ſit ſocianda toro.
Dixit : at hic baculum tunc, arma ſenilia, tollens,
En, ait, hi dubium hoc protinus expedient.
(Namque exercebant pueri vacua atria circum
Tunc celeres torto verbere ſorte trochos)
Horum (inquit) ſectare viam. Quos ille ſequutus,
Audit iam propior, Tu tibi iunge parem.
Vtque haec audivit, maioribus abſtinet hoſpes
Aedibus, & puerûm iuſſa iocoſa facit.
Ergo ut Atarnaeus tenuem ſibi duxit amicam,
Sic &, amice, parem tu tibi iunge Dion.

II.

Heraclite, tuam mihi mortem dixit amicus,
Quum ſubito lacrymis immaduere genae.
Nam memini quoties ſub aprico ſole iocati
Simus : at in cineres nunc abiere ioci.

Sed

Αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες, ᾗσιν ὁ πάντων
Ἁρπακτὴρ ἀΐδης οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ.

γ΄.

Τίμων μισάνθρωπος ἐνοικέω· ἀλλὰ παρέλθε
Οἰμώζειν εἴπας πολλὰ, παρέλθε μόνον.

δ΄.

Τίμων (οὐ γὰρ ἔτ᾽ ἐσσὶ) τί τοι, φάος ἢ σκότος ἐχθρόν;
Τὸ σκότος, ὑμέων γὰρ πλείονες εἰν ἀΐδῃ.

ε΄.

Κόγχος ἐγὼ, Ζεφυρῖτι, παλαίτερος· ἀλλὰ σὺ νῦν με
Κύπρι, σεληναίης ἄνθεμα πρῶτον, ἔχεις
Ναυτίλον· ὃς πελάγεσσιν ἐπέπλεον. εἰ μὲν ἀῆται,
Τείνας οἰκείων λαῖφος ἀπὸ προτόνων.
Εἰ δὲ γαλήναίη, λιπαρὴ Θεὸς, οὖλος ἐρέσσων
Ποσσὶν, ἵν᾽ ὥσπερ καὶ τοὔνομα συμφέρεται.
Ἐς τ᾽ ἔπεσον παρὰ θῖνας Ἰουλίδος, ὄφρα γένωμαι
Σοὶ τὸ περίσκεπτον παίγνιον Ἀρσινόης.
Μηδέ μοι ἐν θαλάμῃσιν ἔθ᾽ ὡς πάρος· εἰμὶ γὰρ ἄπνους,
Τίκτει τ᾽ αἰνοτέρης ὤεον Ἀλκυόνης.
Κλεινίου ἀλλὰ θυγατρὶ δίδοι χάριν. οἶδε γὰρ ἐσθλὰ
Ῥέζειν, καὶ Σμύρνης ἐστὶν ἀπ᾽ Αἰολίδος.

ϛ΄.

Τοῦ Σαμίου πόνος εἰμὶ, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὅμηρον
Δεξαμένου. κλαίω δ᾽ Εὔρυτον, ὅσσ᾽ ἔπαθεν,
Καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν. Ὁμήρου νῦν δὲ καλεῦμαι
Γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα;

ζ΄.

Στήλην μητρυιῆς, μικρὰν λίθον, ἔστεφε κοῦρος,
Ὡς βίον, ἠλλάχθαι καὶ τρόπον οἰόμενος·

Sed philomela tamen vivit tua Musa, nec illi
Mors rerum domitrix iniicit atra manus.

III.

Heic hominum Timon cubat osor: abito precatus
Antea Timoni dira, viator abi.

IV.

Mortuus an, Timon, lucem odisti, anne tenebras?
Odi has, quod vestrum maior in his numerus.

V.

Concha ego sum, Zephyriti, vetus, iamque antea lunae
Sacra fui: nunc me tu, Venus alma, tenes
Nautilon: in pelago qui quondam flantibus Austris
Innavi, proprio vela rudente movens:
Aequore sed placido pede crispus utroque natavi,
Vnde mihi Polypi nomen in ora venit.
Infestae tandem ripam incidi Iulidis, essem
Spectanti ludus gratior Arsinoae:
Ne vero in thalamis, velut antea, (mortua nam sum,
Atque ovum tristis nunc parit Alcyones)
Post mihi, sed natae fer grates Cliniae, honesti
Nam cultrix Smyrna prodiit Aeolide.

VI.

Sum Samii labor, hospitio qui fovit Homerum:
Euryte sed casus lugeo maeste tuos,
Formosamque Iolen. nunc scriptum dicor Homeri:
Nonne Creophylo, Iuppiter, hocce grave est?

VII.

Serta puer cippo dabat officiosa novercae,
Mutasse ut vitam, sic ratus ingenium.

Ille

Ἡ δὲ τάφῳ κλινθεῖσα κατέκτανε παῖδα πεσοῦσα.
Φεύγετε μητρυιῆς καὶ τάφον οἱ πρόγονοι.

η΄.

Ἦλθε Θεαίτητος καθαρὴν ὁδόν. εἰ δ᾽ ἐπὶ κισσὸν
Τὸν τεὸν οὐχ᾽ αὐτὴ, Βάκχε, κέλευθος ἄγει.
Ἄλλων μὲν κήρυκες ἐπὶ βραχὺν οὔνομα καιρὸν
Φθέγξονται, κείνου δ᾽ Ἑλλὰς ἀεὶ σοφίαν.

θ΄.

Μικρή τις, Διόνυσε, καλὰ πρήσσοντι ποιητῇ
Ῥῆσις. ὁ μὲν, νικῶ, φησὶ τὸ μικρότατον.
Ὧι δὲ σὺ μὴ πνεύσῃς ἐνδέξιος, ἤν τις ἔρηται
Πῶς ἔβαλες, φησὶ, σκληρὰ τὰ γιγνόμενα.
[illegible] ερμηρίξαντι τὰ μήνδικα, τοῦτο γένοιτο
Τοὔπος, ἐμοὶ δ᾽ ὦ 'ναξ ἡ βραχυσυλλαβίη.

ι΄.

[illegible] ν ὁ Δίκωνος Ἀκάνθιος ἱερὸν ὕπνον
Κοιμᾶται. θνήσκειν μὴ λέγε τοὺς ἀγαθούς.

ια΄.

[illegible] Τίμαρχον ἐν ἄϊδος, ὄφρα πύθηαι
Ἤ τι περὶ ψυχῆς, ἢ πάλι πῶς ἔσεται.
[illegible] αι, φυλῆς Πτολεμαΐδος, υἱέα πατρὸς
Παυσανίου. δήεις δ᾽ αὐτὸν ἐν εὐσεβέων.

ιβ΄.

[illegible] ἦν ὁ ξεῖνος, ὁ καὶ τάφος. οὐ μακρὰ λέξω,
Θῆρις Ἀρισταίου, Κρὴς, ὑπ᾽ ἐμοὶ, δολιχόν.

ιγ΄.

[illegible] ἔλθῃς, ὀλίγος πόνος Ἵππακον εὑρεῖν
Καὶ Διδύμην. ἀφανὴς οὔτι γὰρ ἡ γενεή.

Καὶ

Ille cadens miserum oppressit labendo. Novercae
Vos quoque privigni deinde cavete rogos.

VIII.

Pura Theaetetus vitae vestigia strinxit:
Non hederas idem strinxit, Iacche, tuas.
Tempore non longo reliquorum nomen, at huius
Ingenium semper Graia loquetur humus.

IX.

Carmen, Bacche, breve est fingenti pulcra poëtae.
Et, Vinco, minimo proferet ille modo.
At cui tu dexter non faveris, ille rogatus
Quomodo prostrarit, facta stupenda canet.
Talia res turpes meditanti carmina vati
Eveniunt: carmen sed breve, Bacche, mihi.

X.

Hac tellure Saon requiescit Acanthius, ortus
Patre Dicone. mori dicere turpe bonos.

XI.

Si tibi Timarchum quaeris, sciteris ut illum
Aut de anima, aut mentes quomodo rursus erunt:
In veteri perquire tribu Ptolemaide natum
Pausaniae: inque piis coetibus invenies.

XII.

Hospes erat brevis, urna brevis: brevis ipse ero versu.
Theris Aristaei, Cres, latet hoc tumulo.

XIII.

Cyzicon ingresso, facili est reperire labore
Hippacon & Didymen: nobile quippe genus.

His

Καί σφιν ἀνιηρὸν μὲν ἐρεῖς ἔπος, ἔμπα δὲ λέξον
Τοῦθ', ὅτι τὸν κείνων υἱὸν ἔχω Κριτίαν.

ιδ'.

Ἦ ῥ' ὑπό σοι Χαρίδας ἀναπαύεται; εἰ τὸν Ἀρίμμα
Τοῦ Κυρηναίου παῖδα λέγεις, ὑπ' ἐμοί.
Ὦ Χαρίδα, τί τὰ νέρθε; πολὺ σκότος. αἱ δ' ἄνοδοι τί;
Ψεῦδος. ὁ δὲ πλούτων; μῦθος. ἀπωλόμεθα.
Οὗτος ἐμὸς λόγος ὕμμιν ἀληθινός. εἰ δὲ τὸν ἡδὺν
Βούλει, Πελλαίου βοῦς μέγας εἰς ἀΐδην.

ιε'.

Δαίμονα τίς δ' εὖ οἶδε τὸν αὔριον; ἡνίκα καί σε
Χάρμι τὸν ὀφθαλμοῖς χθιζὸν ἐν ἡμετέροις,
Τῇ ἑτέρῃ κλαύσαντες ἐθάπτομεν. οὐδὲν ἐκείνου
Εἶδε πατὴρ Διοφῶν χρῆμ' ἀνιηρότερον.

ιϛ'.

Τιμονόη, τίς δ' ἐσσί; μὰ δαίμονας, οὔ σ' ἂν ἐπέγνων,
Εἰ μὴ Τιμοθέου πατρὸς ἐπῆν ὄνομα
Στήλῃ, καὶ Μήθυμνα τεὴ πόλις, ἦ μέγα φημὶ
Χῆρον ἀνιᾶσθαι σὸν πόσιν Εὐθυμένη.

ιζ'.

Κρηθίδα τὴν πολύμυθον, ἐπισταμένην καλὰ παίζειν,
Δίζονται Σαμίων πολλάκι θυγατέρες,
Ἡδίσταν συνέριθον, ἀεὶ λάλον· ἡ δ' ἀποβρίζει
Ἐνθάδε τὸν πάσαις ὕπνον ὀφειλόμενον.

ιη'.

Ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες. οὐ γὰρ ἂν ἡμεῖς
Παῖδα Διοκλείδου Σώπολιν ἐστένομεν.
Νῦν δ' ὁ μὲν εἰν ἁλί που φέρεται νέκυς, ἀντὶ δ' ἐκείνου
Οὔνομα καὶ κενεὸν σᾶμα παρερχόμεθα.

Νά-

His tu maesta quidem referes iam nuntia, natum
Dic tamen illorum quod teneo Critiam.

XIV.

Anne cubat sub te Charidas? Si dicis Arimnae
Progeniem, nostro secubat ille rogo.
O Charida, quidnam est infra? Tenebrae. Reditus quid?
Nugae. Quid Pluto? Fabula: concidimus.
Verus hic est vobis sermo: sin quaeris amoenum,
Ivit Alexandri sub Styga Bucephalus.

XV.

Quis scit an adiiciant hodiernis crastina divi?
Quando heri te, Charmi, vidimus hisce oculis,
Nunc flentes hodie terris abscondimus atris.
Haud patri clades tristior ulla fuit.

XVI.

Quae tu Timonoë es? proh Iuppiter, haud ego nossem
Te, nisi vidissem nomen inesse patris
Timothei cippo, Methymnaeque urbis. at illa
Quam sunt Euthymeni funera acerba tuo?

XVII.

Crethida festivamque iocis & lusibus aptam
In veteri quaerit crebra puella Samo,
Blandiloquam vitae sociam, dulcemque; sed ipsa
Omnibus heic somni munera danda capit.

XVIII.

O si nulla mari data carbasa. sic neque flerent
Nostra Dioclide Sopolin ora satum.
Nunc vero exanimem volvunt circa aequora fluctus,
Proque illo tumulus nomen inanis habet.

Na-

ιθ'.

Νάξιος οὐκ ἐπὶ γῆς ἔθανεν Λύκος, ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ
Ναῦν ἅμα καὶ ψυχὴν εἶδεν ἀπολλυμένην,
Ἔμπορος Αἰγίνηθεν ὅτ' ἔπλεε. χὼ μὲν ἐν ὑγρῇ
Νεκρός. ἐγὼ δ' ἄλλως οὔνομα τύμβος ἔχων,
Κηρύσσω πανάληθες ἔπος τόδε. φεῦγε θαλάττῃ
Συμμίσγειν ἐρίφων, ναυτίλε, δυομένων.

κ'.

Δωδεκέτη τὸν παῖδα πατὴρ ἀπέθηκε Φίλιππος
Ἐνθάδε, τὴν πολλὴν ἐλπίδα, Νικοτέλην.

κα'.

Ἠῷοι Μελάνιππον ἐθάπτομεν, ἠελίου δὲ
Δυομένου Βασιλὼ κάτθανε παρθενικὴ,
Αὐτοχερί. ζώειν γὰρ, ἀδελφεὸν ἐν πυρὶ θεῖσα,
Οὐκ ἔτλη. δίδυμον δ' οἶκος ἐσεῖδε κακὸν
Πατρὸς Ἀριστίπποιο. κατήφησεν δὲ Κυρήνη
Πᾶσα, τὸν εὐτέκνων χῆρον ἰδοῦσα δόμον.

κβ'.

Ὅστις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, Καλλιμάχου με
Ἴσθι Κυρηναίου παῖδά τε καὶ γενέτην.
Εἰδείης δ' ἄμφω κεν. ὁ μέν ποτε πατρίδος ὅπλων
Ἦρξεν, ὁ δ' ἤεισεν κρείσσονα βασκανίης.
Οὐ νέμεσις. Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας
Ἄχρι βίου πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους.

κγ'.

Ἀστακίδην τὸν Κρῆτα, τὸν αἰπόλον, ἥρπασε νύμφη
Ἐξ ὄρεος. καὶ νῦν ἱερὸς Ἀστακίδης
Οἰκεῖ Δικταίῃσιν ὑπὸ δρυσίν. οὐκ ἔτι Δάφνιν,
Ποιμένες, Ἀστακίδην δ' αἰὲν ἀεισόμεθα.

Εἴ-

XIX.

Naxius haud periit terra Lycus : at mari in alto
Cum vita laceram perdidit ille ratem ,
Institor Aegina solvens . nunc littora circum
Volvitur : at vacuus nomina cippus habet ,
Vosque monet , vere hoc dicens : cbeuntibus hoedis ,
Navita commotum disce timere fretum .

XX.

Hac sibi Nicotelem , quartam trieterida natum ,
Solamen posuit dulce Philippus humo .

XXI.

Mane tegebamus Melanippi membra sepulcro ,
Vespere sed Basilo virgo peremta fuit ,
Caede sua ; ablato quia noluit esse superstes
Fratre . domus geminum sic capit una malum ,
Patris Aristippi : tristataque cuncta Cyrene est ,
Tecta videns natis taliter orba piis .

XXII.

Quisquis adis tumulum , me noveris esse viator
Callimachi natum , Callimachique patrem .
Sic ambos noris . fuit ille vir inclytus armis
Dux patriae , invidia dulcius hic cecinit .
Nec mirum . nam quos blandae adspexere puellos
Musae oculis , illos & coluere senes .

XXIII.

Pastorem Astaciden rapuit de montibus istis
Nympha procax : & nunc est sacer Astacides ,
Dictaeisque habitat sub quercubus ipse . nec ultra
Pastores Daphnin , sed canite Astaciden .

κδ'.

Εἴπας, Ἥλιε χαῖρε, Κλεόμβροτος ὡ'μβρακιώτης
  Ἥλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ἀΐδην,
Ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακὸν, ἀλλὰ Πλάτωνος
  Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος.

κε'.

Ἥρως Ἠετίωνος ἐπὶ σταθμὸν Ἀμφιπολίτεω
  Ἵδρυμαι, μικρῷ μικρὸς ἐπὶ προθύρῳ,
Λοξὸν ὄφιν καὶ μοῦνον ἔχων ξίφος. ἀνδρὶ δὲ ἱππεῖ
  Θυμωθεὶς, πεζὸν κἀμὲ παρῳκίσατο.

κϛ'.

Ὤμοσε Καλλίγνωτος Ἰωνίδι, μήποτ' ἐκείνης
  Ἕξειν μήτε φίλον κρείσσονα, μήτε φίλην.
Ὤμοσεν. ἀλλὰ λέγουσιν ἀληθέα, τοὺς ἐν ἔρωτι
  Ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.
Νῦν δ' ὁ μὲν ἄλλης δὴ θέρεται πυρὶ, τῆς δὲ ταλαίνης
  Νύμφης, ὡς Μεγαρέων, οὐ λόγος, οὔτ' ἀριθμός.

κζ'.

Καλλίστη προπάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη,
  Μήτηρ εὐΐππου πατρίδος ἡμετέρης.

κη'.

Ἦγον ἀπὸ σμικρῶν ὀλίγον βίον, οὔτε τι δεινὸν
  Ῥέζων, οὔτ' ἀδικῶν οὐδένα, γαῖα φίλη,
Μίκυλος. εἴ τι πονηρὸν ἐπήνεσα, μήτε σὺ κούφη
  Γίγνεο, μήτ' ἄλλοι δαίμονες, οἵ μ' ἔχετε.

κθ'.

Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος· οὐ τὸν ἀοιδῶν
  Ἔσχατον, ἀλλ' ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον

Τῶν

XXIV.

Phoebe vale, dicens, de rupe Cleombrotus alta
Ambraciota, Stygis vivus adivit aquas,
Funere nil dignum passus: solumque Platonis
De vita mentis perpete legit opus.

XXV.

Amphipolitani iuxta stabula Eetionis,
In parvo parvus vestibulo insideo,
Anguem ensemque gerens. iratus nempe superbo
Eetion equiti, me peditem apposuit.

XXVI.

Se Callignotus iuravit Ionide nullum
Velle & nullum umquam plus coluisse virum.
Iuravit: sed vulgo aiunt, periuria amantum,
Aures caelicolum non penetrare sacras.
Nunc alio cor amore terit, miseraeque puellae,
Ceu Megarae, ratio est nulla, nec ullus honor.

XXVII.

Antea Calliste, sed postea nomine Thera,
Dicta fuit, patriae mater aprica meae.

XXVIII.

Terra parens, parvo vixi breve tempus, & egi
Nil atrox, prudens non alicui nocui.
Si pravum laudavi aliquid, neque tu mihi terra
Esto levis, nec dii quorum ago in arbitrio.

XXIX.

Hesiodi haec oratio ac stylus est: non poëtarum
Postremum, sed dubito an non mellitissimum

Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. χαίρετε λεπταὶ
  Ῥήσεις, Ἀρήτου σύντονος ἀγρυπνίη.

λ'.

Ἐχθαίρω τὸ ποίημα τὸ κυκλικὸν, οὐδὲ κελεύθῳ
  Χαίρω, τὶς πολλοὺς ὧδε καὶ ὧδε φέρει.
Μισῶ καὶ περίφοιτον ἐρώμενον, ἔτ' ἀπὸ κρήνης
  Πίνω. συγχαίνω πάντα τὰ δημόσια
Λυσανίη, σὺ δὲ ναιχὶ καλὸς καλὸς, ἀλλὰ πρὶν εἰπεῖν
  Τόδε σαφῶς, ἠχὼ φησί τις, ἄλλος ἔχει.

λα'.

Ἔγχει, καὶ πάλιν εἶτε Διοκλέος, οὐδ' Ἀχελῷος
  Κείνου τῶν ἱερῶν αἰσθάνεται κυάθων.
Καλὸς ὁ παῖς, Ἀχελῷε, λίην καλὸς, οὐδέ τις οὐχὶ
  Φησὶν, ἐπισταίμην μοῦνος ἐγὼ τὰ καλά.

λβ'.

Θεσσαλικὲ Κλεόνικε τάλαν, τάλαν, οὐ μὰ τὸν ὀξὺν
  Ἥλιον οὐκ ἔγνων, σχέτλιε, ποῦ γέγονας.
Ὀστέα σοι καὶ μοῦνον ἔτι τρίχες. ἦ ῥά σε δαίμων
  Οὑμὸς ἔχει, χαλεπῇ δ' ἤντεο θευμορίῃ;
Ἔγνων, Εὐξίθεός σε συνήρπασε. καὶ σὺ γὰρ ἐλθὼν
  Τὸν καλὸν ὦ μόχθηρ' ἔβλεπες ἀμφοτέροις.

λγ'.

Ὡγρευτὴς, Ἐπικυδὲς, ἐν οὔρεσι πάντα λαγωὸν
  Διφᾷ, καὶ πάσης ἴχνια δορκαλίδος,
Στίβῃ καὶ νιφετῷ κεχρημένος· ἣν δέ τις εἴπῃ
  Τῆ τόδε βέβληται θηρίον, οὐκ ἔλαβεν.
Χ' ὠμὸς ἔρως τοιόσδε, τὰ μὲν φεύγοντα διώκειν
  Οἶδε, τὰ δ' ἐν μέσσῳ κείμενα παρπέταται.

Οἶδ'

Carminum Solensis imitatus est . Salvete tenues
Poëmata , Arati laboriosa lucubratio .

XXX.

Odi poëma cyclicum , neque via
Laetor , quae multos huc & illuc fert :
Odi & incessantem amicum , neque a fonte
Bibo : odi omnia popularia
Lysania , nae tu καλὸς καλὸς , *sed priusquam dixerim*
Istud plane , Echo dicit quaedam , ἄλλος *habet .*

XXXI.

Funde , & iterum dic , in nomen Dioclis , neque Achelous
Illius sacros sentit cyathos .
Pulcer puer , Acheloe , nimis pulcer , & nemo non
Dicit , Vtinam *nossem solus ego* quae sunt *pulcra .*

XXXII.

Thessalice Cleonice miser , miser , non per acutum
Solem non novi , miser , quid factus es :
Ossa tibi & tantum adhuc restant *capilli : num te Daemon*
Meus tenet , & molesto occurristi fato ?
Novi : Euxitheus te rapuit ; etenim tu veniens
Pulcrum illum , o miser , vidisti ambobus tuis *oculis .*

XXXIII.

Venator , o Epicydes , in montibus omnem leporem
Quaerit , & omnis vestigia cervae ,
Pruina & nive usus ; si vero quis dicat
Cape , ictum iacet animal , non capiat .
Et meus amor talis est , fugientia quidem sequi
Novit , & in medio posita transvolat .

λδ΄.

Οἶδ' ὅτι μοι πλούτου κενεαὶ χέρες, ἀλλὰ, Μένιππε,
Μὴ λέγε πρὸς χαρίτων τοὐμὸν ὄνειρον ἐμοί.
Ἀλγέω μὲν διὰ παντὸς ἔπος τόδε πικρὸν ἀκούων,
Ναὶ, φίλε, τῶν παρὰ σοῦ τοῦτ' ἀνεραστότατον.

λε΄.

Ἄρτεμι, τὶν τόδ' ἄγαλμα Φιληρατὶς εἵσατο τῇδε·
Ἀλλὰ σὺ μὲν δέξαι, πότνια, τὴν δὲ σάου.

λϛ΄.

Τίν με, λεοντάγχωνε, συοκτόνε, φήγινον ὄζον
Θῆκε. τίς; Ἀρχῖνος. ποῖος; ὁ Κρής. δέχομαι.

λζ΄.

Βαττιάδεω παρὰ σῆμα φέρεις πόδας εὖ μὲν ἀοιδὴν
Εἰδότος, εὖ δ' οἴνῳ καίρια συγγελάσαι.

Εἰς Ἐρασίξενον τὸν πότην.

λη΄.

Τὸν βαθὺν οἰνοπότην Ἐρασίξενον, ἡ δὶς ἐφεξῆς
Ἀκρήτου προποθεῖσ' ᾤχετ' ἔχουσα κύλιξ.

λθ΄.

Ὁ Λύκτιος Μενοίτας τὰ τόξα ταῦτ' ἐπειπὼν
Ἔθηκε· Τῆ, κέρας τοι δίδωμι καὶ φαρέτρην,
Σάραπι, τοὺς δ' ὀϊστοὺς ἔχουσιν Ἑσπερῖται.

μ΄.

Τὰ δῶρα τῇ Ἀφροδίτῃ
Σειλήνη περίφοιτος εἰκόν' αὐτῆς
Ἔθηκεν, τήν τε μίτρην
Ἣ μαστοὺς ἐφύλασσε, τόν τε Πᾶνα
* * * * * * *

Δή-

XXXIV.

Novi quod mihi divitiarum vacuae sunt manus, sed, o Menipp ,
Ne mihi per gratias meum somnium dic .
Doleo quidem ab quovis verbum illud amarum audiens :
Certe , o amice , & a te illud molestissimum est .

XXXV.

O Diana , tibi istam statuam Phileratis statuit heic ;
Sed tu accipe , veneranda , & illam serva .

XXXVI.

Tibi me , o Leonicida , Apricida , faginam clavam
Posuit . Quis ? Archinus . Qualis ? Cretensis . Accipio .

XXXVII.

Battiadae ad tumulum fers pedes bene cantilenam
Scientis , & bene in convivio tempestiva ridere .

In Erasixenum potorem .

XXXVIII.

Profundum vini potorem Erasixenum bis porro
Vini epotus abstulit calix .

Epigrammata sequentia vertit Richardus Bentleius .

XXXIX.

Lyctius Menoetas hos arcus dedicavit ,
Cape , inquiens , o Sarapi ; arcum & pharetram
Tibi do : sagittas vero habent Hesperitae .

XL.

Dona Veneri
Silena vagabunda imaginem suam
Dedicavit , & mitram
Quae mammas vinciebat , & Pana ,
Et . . . . misella , Thyrsos . Ce-

μα'.

Δήμητρι τῇ Πυλαίῃ, τῇ τοῦτον οὑκ Πελασγῶν
Ἀκρίσιος τὸν νηὸν ἐδείματο, ταῦθ' ὁ Ναυκρατίτης
Καὶ τῇ κάτω θυγατρὶ τὰ δῶρα Τιμόδημος
Εἵσατο, τῶν κερδέων δεκατεύματα, καὶ γὰρ εὔξαθ' οὕτως.

Εἰς ἱέρειάν τινα Δήμητρος γραῦν αἰσίως τελευτήσασαν, ἐπὶ τετραμέτρῳ ἑνδεκασυλλάβῳ.

μβ'.

Ἱερέη Δήμητρος ἐγώ ποτε, καὶ πάλιν Καβείρων,
Ὦνερ, καὶ μετέπειτα Δινδυμήνης
Ἡ γρηῦς γενόμην, ἡ νῦν κόνις ἤγο * * * * * *
Πολλῶν προστασίη νεῶν γυναικῶν.
Καί μοι τέκν' ἐγένοντο δύ' ἄρσενα, κἠπέμυσ' ἐκείνων
Εὐγήρως ἐνὶ χερσὶν, ἕρπε χαίρων.

μγ'.

Ἥμισύ μευ ψυχῆς ἔτι τὸ πνέον, ἥμισυ δ' οὐκ οἶδ'
Εἴτ' ἔρος, εἴτ' ἀΐδης ἥρπασε, πλὴν ἀφανές.
Ἦ ῥά τιν' ἐς παίδων πάλιν ᾤχετο, καὶ μὲν ἀπεῖπον
Πολλάκι· τὴν δρῆστιν μὴ ὑποδέχθε νέοι.
Οὐκ εἶς ἐς τὸν ἔφηβον; ἐκεῖσε γὰρ ἡ λιθόλευστος
Κείνη καὶ δυσέρως, οἶδ' ὅτι που στρέφεται.

μδ'.

Εἰ μὲν ἑκὼν, Ἀρχῖν', ἐπεκώμασα, μυρία μέμφε·
Εἰ δ' ἄκων ἥκω, τὴν προπέτειαν ὅρα.
Ἄκρητος καὶ ἔρως μ' ἠνάγκασαν· ὧν ὁ μὲν αὐτῶν
Εἷλκεν, ὁ δ' οὐκ εἴα σώφρονα θυμὸν ἔχειν.
Ἐλθὼν δ' οὐκ ἐβόησα, τίς ἢ τίνος, ἀλλ' ἐφίλησα
Τὴν φλιήν. εἰ τοῦτ' ἔστ' ἀδίκημ', ἀδικῶ.

XLI.

Cereri Pylaeae, cui hoc templum ex Pelasgis oriundus
Acrisius condidit, & filiae apud inferos Proserpinae
Haec dona Timodemus Naucratites
Dicavit, quaestuum decimas: ita enim voverat.

XLII.

Sacerdos Cereris eram olim, & postea Cabirorum,
O viator, & deinde Dindymenes
Anus ego; quae nunc sum pulvis; quin etiam & functa sum
Multarum praefectura iuniorum mulierum:
Et mihi erant duo liberi sexus virilis: & oculos clausi
Felici senectute in eorum manibus: abi iam laetus.

XLIII.

Dimidium quidem animae adhuc spirat: dimidium vero nescio
An amor, an Orcus rapuit: sed certe evanuit.
Profecto ad puerorum quempiam rursus abiit: & quidem interdixi
Saepe; fugitivam ne recipite, adolescentes.
Non vadis ad Ephebum? illuc enim lapidatam illam
Et perdito amore captam scio aliqua reverti.

XLIV.

Si sciens prudensque, Archine, comessatus ad te sum, quantumvis me incusa:
Sin inscius veni: temeritatem vide.
Vinum & amor me perpulerunt: quorum hic quidem
Trahebat: illud vero non sinebat sanam mentem habere:
Veniens autem non animadverti quis aut cuius esses; sed osculatus sum
Cervicem: si ista est iniuria, iniurius sum.

με′.

Ἕλκος ἔχων ὁ ξεῖνος ἐλάνθανεν· ὡς ἀνιηρὸν
  Πνεῦμα διὰ στηθέων εἶδες ἀνηγάγετο;
Τὸ τρίτον ἤδη ἔπινε· τὰ δὲ ῥόδα φυλλοβολεῦντα
  Τὠνδρὸς ἀπὸ στεφάνων πάντ' ἐγένοντο χαμαί.
Ὤπτηται μέγα δή τι, μὰ δαίμονας. οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ
  Εἰκάζω, φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον.

μϛ′.

Ἔστι τι ναὶ τὸν Πᾶνα κεκρυμμένον, ἔστι τι ταύτῃ
  Ναὶ μὰ Διόνυσον πῦρ ὑπὸ τῇ σποδιῇ.
Οὐ θαρσέω, μὴ δή με περίπλεκε, πολλάκι λήθει
  Τοῖχον ὑποτρώγων ἡσύχιος ποταμός.
Τῷ καὶ νῦν δείδοικα, Μενέξενε, μή με παρεισδὺς
  Οὗτος ὁ σιγέρπης εἰς τὸν ἔρωτα βάλῃ.

μζ′.

Τὸν καλὸν ὡς ἰδόμαν Ἀρχέστρατον, οὐ μὰ τὸν Ἑρμᾶν,
  Οὐ καλὸν αὐτὸν ἔφαν, οὐ γὰρ ἄγαν ἐδόκει.
Εἶπα, καὶ ἁ Νέμεσίς με συνάρπασε, κ' εὐθὺς ἐκείμαν
  Ἐν πυρὶ, πᾶς δ' ἐν ἐμοὶ Ζεὺς ἐκεραυνοβόλει.
Τὸν παῖδ' ἱλασόμεσθ' ἢ τὴν θεόν; ἀλλὰ θεοῦ μοι
  Ἔστιν ὁ παῖς κρείσσων. χαιρέτω ἁ Νέμεσις.

μη′.

Ληφθήσῃ, περίφοιτε Μενέκρατες, εἶπα Πανήμου
  Εἰκάδι, καὶ Λώου τῇ τινι; τῇ δεκάτῃ
Ἦλθεν ὁ βοῦς ἐπ' ἄροτρον ἑκούσιος. εὖγ' ἐμὸς Ἑρμᾶς,
  Εὖγ' ἐμός. οὐ παρὰ τὰς εἴκοσι μεμφόμεθα.

μθ′.

Ὡς ἀγαθὰν Πολύφημος ἀνεύρατο τὰν ἐπαοιδὰν,
  Τῷῤῥα μίσων αἰγᾶν οὐ καθιμᾶτ' ὁ Κύκλωψ.

Vulnus habet hospes, nobis inscientibus: vidisti,
Quam maestum suspirium per pectus ducebat?
Iam tertium bibebat: rosae vero, foliis cadentibus,
Ab hominis corollis humi iacuerunt.
Terretur vehementer per deos: non de tramite aberro
Coniectura; furis vero vestigia ipse fur novi.

XLVI.

Est aliquis occultus, per Pana, est per Bacchum,
Ignis aliquis sub hoc cinere.
Non audeo; noli me amplecti; saepe latenter
Murum subrodit quietus amnis.
Quamobrem & nunc metuo, Menexene, ne mihi subrepens
Hic tacitus insinuator in amorem me coniiciat.

XLVII.

Ut pulcrum vidi Archestratum, non per Mercurium,
Non pulcrum eum dixi: neque mihi multum esse
visus est.
Dixi, quum me Nemesis corripuit; & ego statim iacere
In igne, totusque in me Iupiter ciere fulmina.
Pulcrum ne placabimus, an Deam? sed Deâ mihi
Puer est potior: valeat igitur Nemesis.

XLVIII.

Capieris, o vagabunde Menecrates: aiebam Panemi (Iulii)
Vicesimo. Et Loi (Augusti) *die quo? die decimo,*
Venit bos ad aratrum ultro. Recte meus Mercurius,
Recte sane: de viginti illis diebus non querimur.

XLIX.

Quam bonum Polyphemus invenit incantamentum!
Illic manens capras non dimisit Cyclops.

Mu-

Αἱ Μοῦσαι τὸν ἔρωτα κατισχναίνοντι, Φίλιππε.
  Ἦ πανακεῖ πάντων φάρμακον ἡ σοφία.
Τοῦτο, δοκῶ, χ' ἁ λιμὸς ἔχει μόνον ἐς τὰ πονηρὰ
  Τὠγαθόν. ἐκκόπτει τὰν φιλόπαιδα νόσον.
Ἔσθ' ἁμῖν χ' ἁ πασᾶς ἀφειδέα πρὸς τὸν ἔρωτα,
  Τουτὶ, παῖ, κείρει τὸ πτέρα. παιδάριον,
Οὐδ' ὅσον ἀττάραγόν σε δεδοίκαμες· αἱ γὰρ ἐπῳδαὶ
  Οἴκῳ τῶ χαλεπῶ τραύματος ἀμφότεραι.

ν'.

Πολλάκι δὴ φυλῆς Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν Ὧραι
  Ἀνωλόλυξαν κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις
Αἱ Διονυσιάδες, μίτραισί τε καὶ ῥόδων ἀώτοις
  Σοφῶν ἀοιδῶν ἐσκίασαν λιπαρὰν ἔθειραν,
Οἳ τόνδε τρίποδά σφισι μάρτυρα Βακχίων ἀέθλων
  Θήκαντο. κείνους δ' Ἀντιγένης ἐδίδαξεν ἄνδρας.
Εὖ δ' ἐτιθηνεῖτο γλυκερὰν ὄπα Δωρίοις Ἀρίστων
  Ἀργεῖος, ἡδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς.
Τῶν ἐχορήγησεν κύκλον μελίγηρυν Ἱππόνικος
  Στρούθωνος υἱὸς ἅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθεὶς,
Αἵ οἱ ἐπ' ἀνθρώποις ὄνομα κλυτὸν ἀγλαάν τε νίκαν
  Θῆκαν, θεᾶν ἰοστεφάνων ἕκατι Μουσᾶν.

να'.

Τὴν ἁλίην Εὔδημος, ἐφ' ἧς ἅλα λιτὸς ἐπέλων
  Χειμῶνας μεγάλους ἐξέφυγεν πονέων,
Θῆκε θεοῖς Σαμόθραξι', λέγων ὅτι τήνδε κατ' εὐχὴν,
  Ὦ λαοὶ, σωθεὶς ἐξ ἁλὸς ὧδ' ἔθετο.

νβ'.

Εὐμαθίην ᾐτεῖτο, διδοὺς ἐμὲ Σιμὸς ὁ Μίκκου
  Ταῖς Μούσαις· αἱ δὲ, Γλαῦκος ὅκως, ἔδοσαν.

Musae amorem attenuant, o Philippe,
Profecto omnibus morbis medetur Sapientia.
Quamobrem etiam & Fames hoc solum inter mala habet
Boni: Exscindit morbum amatorium.
Est & haec nobis medicatrix ad prodigum amorem,
Hoc, puer, tibi alas detondet. puerule,
Ne hilum quidem te formidamus. incantamenta enim ambo
Domi sunt nobis acerbi vulneris.

L.

Saepe quidem in Tribus Acamantidos choris
Clamorem sustulerunt ob hederigeros dithyrambos
Horae Dionysiades; coronisque & rosarum floribus
Sapientum poëtarum inumbrarunt unguentatam comam:
Qui hunc tripodem sibi testem Bacchicarum victoriarum
Dicaverunt. Illos autem Antigenes docuit viros:
Bene vero formavit dulcem vocem Ariston
Argivus, suavem spiritum fundens in simplicibus ti-
bus Doricis:
Quorum chori dulcisoni dux erat Hipponicus
Struthonis filius, in Gratiarum curribus vectatus:
Quae illi apud homines nomen inclytum & claram victoriam
Dederunt; ita volentibus Musis violaceas coronas ge-
stantibus.

LI.

Naviculam Eudemus, qua per mare pauper invectus
Procellas magnas effugit laborans,
Donavit Diis Samothracibus; dicens quod hanc ex voto,
O populi, servatus ex mari heic posuit.

LII.

Docilitatem petiit Simus Micci filius, donans me
Musis. Illae autem, Glauci instar, dederunt

Pro

Ἀντ' ὀλίγου μέγα δῶρον. ἐγὼ δ' ἀνὰ τῶδε κεχηνὼς
Κεῖμαι τοῦ Σαμίου διπλόον, ὁ τραγικὸς
Παιδαρίων Διόνυσος ἐπήκοος. οἱ δὲ λέγουσιν,
Ἱερὸς ὁ πλόκαμος, τοὐμὸν ὄνειαρ ἐμοί.

νγ'.

Τῆς Ἀγοράνακτός με λέγε, ξένε, κωμικὸν ὄντως
Ἀγκεῖσθαι νίκης μάρτυρα τοῦ Ῥοδίου
Πάμφιλον, οὐκ ἐν ἔρωτι δεδαυμένον. ἥμισυ δ' ὀπταῖ
Ἰσχάδι καὶ λύχνοις Ἴσιδος εἰδόμενον.

νδ'.

Εἰς Αἴσχρην τινὰ γυναῖκα οὕτω καλουμένην, τὴν Μίκκου τροφόν.

Τὴν Φρυγίην Αἴσχρην, ἀγαθὸν γάλα, πᾶσιν ἐν ἐσθλοῖς
Μίκκος καὶ ζωὴν οὖσαν ἐγηροκόμει.
Καὶ φθιμένην ἀνέθηκεν, ἐπ' ἐσσομένοισιν ὁρᾶσθαι
Ἡ γρηῢς μασθῶν ὡς ἀπέχει χάριτας.

νε'.

Εἰς τὴν γυναῖκα Πτολεμαίου Βερενίκην.

Τέσσαρες αἱ Χάριτες. ποτὶ γὰρ μία ταῖς τρισὶ κείναις
Ἄρτι ποτ' ἐπλάσθη, κἤτι μύροισι νοτεῖ,
Εὐαίων ἐν πᾶσιν ἀρίζηλος Βερενίκα,
Ἆς ἄτερ οὐδ' αὐταὶ ταὶ χάριτες χάριτες.

νς'.

Τὸν τὸ καλὸν μελανεῦντα Θεόκριτον, εἰ μὲν ἔμ' ἔχθει,
Τετράκι μισοίης· εἰ δὲ φιλεῖ, φιλέοις.
Ναιχὶ πρὸς εὐχαίτεω Γανυμήδεος, οὐράνιε Ζεῦ,
Καὶ σύ ποτ' ἠράσθης. οὐκ ἔτι μακρὰ λέγω.

Καὶ

Pro parvo magnum donum. Ego vero sto inhians
Adversus hanc Samii duplicem literam, *tragicus*
Bacchus, puerorum auditor. illi autem dicunt,
Sacer tibi est capillus: meum mihi narrantes *somnium.*

LIII.

Dic me, o hospes, positum esse victoriae Agoranactis
Rhodii testem vere comicum
Pamphilum, non in amore ambustum: dimidium vero conspicitur
Caricae & lucernis Isidis simile.

LIV.

In Aeschram mulierem ita dictam, nutricem Micci.

Aeschram Phrygiam, lac bonum, Miccus
Et in re opima aluit, dum viveret,
Et mortuae statuam posuit; quo posteri videant,
Ut anus mammarum mercedem ceperit.

LV.

In uxorem Ptolemaei Berenicen.

Quatuor sunt Gratiae. praeter enim tres illas
Alia nuper formata est, & adhuc unguentis madet,
Beata in omnibus invidenda Berenice,
Sine qua ne ipsae quidem Gratiae sunt gratiae.

LVI.

Dulce nigrantem Theocritum, si quidem me odit,
Quadruplo magis oderis: sin autem amat, ames.
Ita per bene comatum Ganymedem, o summe Jupiter,
Et tu olim amasti: non loquor plura.

Quin

νζ'.

Καὶ πάλιν, Εἰλείθυια, Λυκαινίδος ἐλθὲ καλεύσης,
  Εὔλοχος ὠδίνων ὧδε σὺν εὐτοκίῃ·
Ὥς τοι νῦν μὲν, ἄνασσα, κόρης ὕπερ, ἀντὶ δὲ παιδὸς
  Ὕστερον εὐώδης ἄλλο τι νηὸς ἔχοι.

νή.

Τὸ χρέος ὡς ἀπέχεις, Ἀσκλήπιε, τὸ πρὸ γυναικὸς
  Δημοδίκης Ἀκέσων ὤφελεν, ἀρξάμενος
Γινώσκειν. ἢν δ' ἄρα λάθῃ, καὶ μή μιν ἀπαιτῇς,
  Φησὶ παρέξεσθαι παρθενίην ὁ πίναξ.

νθ'.

Τῷ με Κανωπίτᾳ Καλλίστιον εἴκοσι μύξαις
  Πλούσιον ἡ Κριτίου λύχνον ἔθηκε θεῷ,
Εὐξαμένα περὶ παιδὸς Ἀπελλίδος· ἐς δ' ἐμὰ φέγγη
  Ἀθρήσας φήσεις· Ἕσπερε, πῶς ἔπεσες;

ξ'.

Φησὶν ὅ με στήσας Εὐαίνετος, οὐ γὰρ ἔγωγε
  Γινώσκω, νίκης ἀντί με τῆς ἰδίης
Ἀγκεῖσθαι χάλκειον ἀλέκτορα Τυνδαρίδῃσι.
  Πιστεύω Φαίδρου παιδὶ Φιλοξενίδεω.

ξα'.

Ἰναχίης ἔστησεν ἐν Ἴσιδος ἡ Θάλεω παῖς
  Αἰσχυλὶς, Εἰρήνης μητρὸς ὑποσχεσίῃ.

ξβ'.

Τίς ξένος, ὦ ναυηγέ; Λεόντιχος ἐνθάδε νεκρὸν
  Εὗρεν ἐπ' αἰγιαλοῖς, χῶσε δὲ τῷδε τάφῳ,
Δακρύσας ἐπίκηρον ἑὸν βίον· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς
  Ἥσυχον, αἰθυίης δ' ἶσα θαλασσοπορεῖ.

Κιν-

LVII.

Quin iterum veni, Lucina, vocante Lycaenide,
Sic propitia cum partus facilitate:
Ut nunc quidem, regina, pro puella; postea autem pro puero
Aliud quid habeat templum tuum odoratum.

LVIII.

Sic habes debitum, Aesculapi, quod pro uxore
Demodice Aceson debuit, quum inciperet
Cognoscere. quod si lateat, neque se exigas,
Ait Tabula, se servaturam esse virginitatem.

LIX.

Callistium Critiae filia me lucernam viginti
Ellychniis divitem dedicavit Deo Canopitae;
Voti rea pro filio Apellide. mea vero lumina
Adspiciens dices; Hespere, ut cecidisti?

LX.

Dicit qui me statuit Euaenetus (ego enim
Nescio) me ob victoriam suam
Consecratum esse aeneum gallum Tyndaridis.
Fidem ei habeo Phaedri filio Philoxenidis nepoti.

LXI.

In Isidis Inachiae templo posuit Thalis filia
Aeschylis, Irenae matris promisso.

LXII.

Quinam es hospes, o naufrage? Leontichus heic mortuum
Offendit in littore, & hoc sepulcro condidit,
Deflens vitam suam periculosam: neque enim ipse
Quietam degit; sed mergorum ritu in mari versatur.

Cyn-

ξγʹ.

Κυνθῖδες θαρσεῖτε. τὰ γὰρ τοῦ Κρητὸς Ἐχέμμα
Κεῖται ἐν Ὀρτυγίῃ τόξα παρ' Ἀρτέμιδι,

Οἷς ὑμέων ἐκένωσεν ὄρος μέγα. νῦν δὲ πέπαυται,
Αἶγες, ἐπεὶ σπονδὰς ἡ Θεὸς εἰργάσατο.

LXIII.

Cynthiae (ferae) estote bono animo, nam Cretensis Echemmae
Arcus iacent in Ortygia apud Minervam,

Quibus solebat desolare magnum montem. Nunc vero quiescit,
Caprae, postquam Dea fecit inducias.

ΤΩΝ ΠΟΝΩΝ
ΠΑΝΤΑ

Ea quae in hoc volumine continentur, sunt.

XV.

IMPRESSVM FLORENTIAE

EX OFFICINA MOVCKIANA

ANNO A NATIVITATE CHRISTI CIƆ. IƆ. CC. LXIII.

DIE VI. MENSIS MAI

FELICITER.